
BIBLIOTECA NAZ.
110
II
3
NAPOLI

84.G.10.

110
H
3.

43
2
39



Q. HORATII FLACCI

SATYRÆ

ET

DE ARTE POETICA

CUM APPOSITIS

ITALICO CARMINE

INTERPRETATIONIBUS, AC NOTIS.







MEDIOLANI. MDCCLXXXIV.

TYPIS IMPER. MONAST. S. AMBROSII MAJORIS.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

A SUA ECCELLENZA

DON POMPEO LITTA VISCONTI ARESE

MARCHESE DI GAMBOLO', REMONDO', GARBANA,
E SUE PERTINENZE;
CONTE DI VALLE IN LUMELLINA;
SIGNORE DI TRENZANESE DE' LITTI;
CONTE DELLA PIEVE DI BREBBIA,
E FRACCIA SUPERIORE DI VARESE;
SIGNORE DI VAL-CUVIA;
REGIO FEUDATARIO DELLA PIEVE D' ARCISATE,
E TERRE VICECOMITALI;
GRANDE DI SPAGNA, E D'ONGHERIA;
GENTILUOMO DI CAMERA,
E CONSIGLIERE INTIMO ATTUALE DI STATO
DI S. M. C. R. A. L' IMPERATORE
RE DI GERMANIA, ONGHERIA, E BOEMIA ec. ec. ec.
E SUO COMMISSARIO GENERALE
DI GUERRA, E STATO
NELLA LOMBARDIA AUSTRIACA. ec. ec.

NON perchè V. E. da Generosi Maggiori discenda, nè perchè Le fosse cortese de' suoi doni la sorte, io mi reco ad onore

di fregiar col ſuo Nome la preſente mia Verſione delle Satire Oraziane, ma perchè un Cuore Ella ſortì retto, benefico, ſenſibile, ed amoroſo. Le coſpicue aderenze, le cariche luminoſe, gli eccelſi titoli, le perſonali, ed avite grandezze, di cui V. E. al pari di altri Grandi è in poſſeſſo, meritar poſſono da me un tributo di ammirazione, e di oſſequio; ma la virtù, che è tutta propria del di lei Cuore, e che dall' opinione non dipende, o dall' accidente, eſige la riverente mia ſtima. Quindi è, che a teſtificarle que' ſentimenti di riſpetto ſpontaneo, che codeſta di Lei virtù ha fatto in me naſcere, in mancanza d' ogni altro mezzo, Le preſento queſta mia letteraria fatica, e La ſupplico di aggradirla.

Bramerei, che l' offerta corriſpondeſſe al merito di V. E.; ma non perchè una Traduzione ſia quella, che Le conſagro, vorrà Ella eſſerle meno corteſe di compatimento. L' attual diſuſo della lingua latina rende neceſſarj queſti lavori, che allora

ſogliono riuſcire più aggradevoli, quando gli altrui tentativi ſullo ſcopo medeſimo forſe non ebbero incontro felice.

Io conſagro a V. E. veſtito all'Italiana il tenero, il ſublime, il cortigiano Cantor di Venoſa, egualmente ammirabile e quando ſulle corde animoſe di Pindaro, di Anacreonte, e di Alceo canta le impreſe di Marte, e le glorie di Amore, e di Bacco; e quando armato di morbida ſferza riprende leggiadramente i coſtumi di Roma, e colla verga di Ariſtippo, e di Epicuro il vizio sbandiſce, e la virtù ne' ſuoi diritti raſſerma.

Queſto utile, queſto elegante Poeta, che formò in ogni età la delizia degli uomini culti, meritava bene di eſſere novamente traſportato in Italiano. Ecco l' impreſa, che io tentai per comando del benemerito de' buoni ſtudj il Chiariſſimo Sig. Conte di Firmian, il quale avendo aggradito il primo ſaggio, che ne diedi colla Traduzione delle Odi Oraziane già da me pubblicata, m' impoſe, che alle Satire

Digitized by Google

ancora ponessi mano. L' aver io ubbidito ai cenni di chi poteva comandarmi basterà per giustificazione de' miei tentativi. Che se la prematura morte dell' Insigne Ministro m' impedisce di compiere seco lui ad un atto di rispetto insieme, e di dovere, io lo adempio con V. E., cui professo non minori obbligazioni.

Sono con pronfondissimo ossequio

Di V. E.

Milano 12. *Novembre* 1783.

Umo; Divmo; Obblmo serv.
Giuseppe De' Necchi Aquila.

JOSEPH DE NICCHIS AB AQUILA

AD LECTOREM.

VENUSTISSIMAS, omnique lepore florentes Quinti Horatii Flacci Satyras, quas de latino in italum convertere ausus sum, nunc primum typis excusas in lucem edo, tuoque judicio hujusce laboris exitum omnino committo. Difficile semper est, non inficior, & plenum opus aleæ singulas Interpretis partes ad unguem tueri: difficilimum quidem hoc in Horatio; vates enim iste inaccessus, ut ajunt, & pene indomabilis, exacte italo exprimi penicillo finit, ut in Odarum Traductione prælo Galeatiano jandiu evulgata compertum mihi fuit interdum. Jam vero tum laudis amor, qua humano cordi nil dulcius, tum doctissimorum hominum enixa voluntas, quam plurimi facio, ad hoc opus me incitavit; stimulum etiam addidit communis apud illos, qui liberalibus optime pollent disciplinis, opinio, neminem Horatianas Satyras in italicos numeros hactenus deportasse, qui nobis aliquid ad absolutam operis perfectionem non reliquerit desiderandum. Primus siquidem ad hoc contendit Ludovicus Dolce (1), vir non mediocri donatus ingenio, summisque laudibus exterioribus ab

(1) Venetiis ex Officina Gabrielis Gioliti 1559. in 8.

ab hinc annis exaltatus; ipsi vero, nescio quo fato, res male cessit, enervem etenim, atque adeo exanimem versionem edidit, ut eam vix quidquam a soluta oratione differre cognoscas. Nonnullas insuper Poetæ sententias inepte interpretatus est, locosque haud singulos honestati pugnantes nimia quadam licentia declaravit. Quibus vitiis Ludovici codicem expurgandum curavit Parmindus quidam Hibichensis, idest Franciscus Maria Biacca (2); Jam vero quam de Horatio equidem, deque Interprete Ludovico malemeritus sit Biacca iste, omnibus constat, quibus Horatii Satyras, traductionemque Ludovici cum Biacchensi elucubratione comparare grave non sit. Jure ergo Traductoris nomen denegamus Parmindo. Ipsum dehinc opus diverso quidem tramite, exitu vix meliori, aggressus est Franciscus Borgianelli (3), qui nimis stricto, ut ajunt, utens metro numeris rhytmicis obligato, auctoris verba ab ejus mente deflexit, spiritum veluti vinculis conjecit, vimque passim debilitavit setentiarum. In contrariam interim charybdim celeberrimum virum Stephanum Pallavicini (4) incidisse ex eo conjicitur, quod ipsemet traductionis nomen nimia quadam licentia paraphrasi tantum, atque imitationi tribuisse, in proœ-

(2) Vide Traductiones veterum Poetarum Mediolani excusas in Palatina Thipographia anno 1735. in 4, Consule Præfationem Tomi IX.
(3) Ascoli 1730. Typis Valentinianis in 8.
(4) Venetiis 1774 in 8. Consule Tomum secundum.

mio ingenue fateatur; venusinam siquidem formam, vehementiam, festivitatem unice amplexus, archetypi colores, ultimasque lineas, quasi volens, neglexit. Quid vero de interpretatione ab Equite clarissimo Gregorio Redi in lucem emissa (5) sentiendum sit, affirmare non audeo; ab eloquenti tamen eruditorum hominum de ipsa silentio erui facillime posse ajunt nonnulli, tantum abesse ut Redi labor difficilia ætatis nostræ palata bene vellicet, quin immo ipsis effugiendam inducat satietatem. Hetruscus denique Arcadiæ Pastor Oresbius Agiejus, Franciscus nempe Corsetti (6) (ut recentiores nonnullos omitam, in quos judicium non mihi competit) Horatianas Satyras italicis numeris adsportare, ausu quidem optimo, mediocri tantum eventu, conatus est, quippequi suavitatem, atque robur auctoris non ad unguem assecutus, subsequentibus posteris meliora in hoc opere reliquerit intentanda. Utrum vero nobis illud contigerit in hac re, quod viri ingenio, & doctrina clarissimi non sunt assecuti, tuo, & posteritatis judicio relinquitur definiendum. Satis interim nobis sit constare, nihil industriæ, diligentiæ nil pepercisse, ut eruditorum æque, ac illiteratorum hominum Versioni huic annueret votum; tantum enim italicis coloribus Horatianas exprimere adamussim imagi-

(5) Venetiis 1751. in 8. Recurtino prælo. Consule Tomum secundum.
(6) Senis 1759 in 4. Apud Augustinum Bindi.

nes cordi fuit, quantum neque verborum impetum imminuere, neque vim adimere poſſet ſententiarum. Si quid vero debiliter dictum, ſi quid leviter, vel remiſſe, ex eo nobis veniam concedi confidimus, quod Horatii perſonam agere (ut Philoſophi, & Regis præſtantiſſimi verbis utar) nemo extra Latium rite poteſt, quam ipſemet Flaccus. Ad textum quod attinet, hoc potiſſimum ſpectavimus, ut exſcriptorum mendis, & Grammaticorum incuria deturpatum, ad priſtinam, quoad licet, genuinamque puritatem fuerit reſtitutus: hinc editiones plurimas manibus obterere, earumque diſcrepantias concordare in primis curavimus, ut repudiatis nullius momenti lectionum varietatibus, præſtantiores quaſdam ex illuſtriſſimis Commentariis depromere, & in lucem proferre nobis contingeret. Ne quid vero traductioni huic ex thypographia deeſſet ornamenti, & nitoris, ipſam clariſſimo excudi Ambroſiano prælo exoptavimus, eamque inter veterum Poëtarum verſiones ipſomet prælo iterum evulgandas inſeri poſſe deſideravimus vehementer; quod, Ampliſſimi Viri Comitis Petri Sicci Comneni accedentibus officiis, libenter, atque humaniter nobis conceſſum fuiſſe gratulamur. Jam vero, ne ab hujuſdem editionis inſtituto, ſuccreſcente nimis volumine, aberraremus, italicas notas, quas magno non ſine ſtudio ex Hiſtoricis, atque Poetis; & ex horatianis expoſitoribus Sanadone, Roſello, Juvencio, Dacierio, Bentleyo,

Dorighello, aliisque nonnullis excerpere, & in nostro inserere Commentario studueramus, tum a proposito alienas adimere, tum prolixiores imminuere, tum imminutas in latinum convertere necesse fuit. Ad reliquas quod spectat, scrinio asservandas curavimus, ut si quæ sors denuo typis tradi hanc operam concesserit, ipsæ tunc evulgandæ superessent. Nunc restat, ut de nostra faveat nobis industria, & bene precetur eruditorum hominum suffragium: quod si mihi obtinere contigerit, jucundissimam suavitatem attingam, nihil enim præstantius, nihil ingenuo adolescente optabilius duco, quam de politioribus litteris benemereri. Vale.

IL TRADUTTORE A CHI LEGGE.

Trasportate da me, non ha guari, in italiano le tanto leggiadre, e d' ogni vezzo fornite Satire di Quinto Orazio Flacco, le rendo pubbliche colle stampe, e al tuo giudizio, Lettor cortese, la riuscita sottopongo d' un tal lavoro. Malagevole impresa, io non lo nego, e di scabroso riuscimento fu sempre l' adempiere perfettamente ai doveri di buon Traduttore; ma ciò torna assai più difficile rapporto ad Orazio; mentre egli inarrivabile, come lo chiamano, e direi quasi indomabile, da italian pennello ricopiar non si lascia compiutamente, come passo passo m' accadde di sperimentar prima d' ora nella Traduzione dell' Odi d' un talPoeta dai Torchj del Galeazzi già divulgata. Tuttavia e per l' amor delle lode, di cui non conosce il cuor dell' uomo stimolo più lusinghiero, e per l' istanze continue di coltissimi personaggi, il cui giudizio grandemente io valuto, mi sono determinato a quest' impresa. Mi vi eccitò eziandio l' opinione appo quegli comune, cui sono famigliari codesti studj, che niuno abbia fin qui trasportate in versi italiani le Oraziane Satire senza lasciarci desiderare qualche cosa di più al pieno riuscimento di tale assunto.

A ciò si accinse per il primo Lodovico Dolce (1),

(1) Venezia presso Gabriele Giolito 1559. in 8. Questa versione è attribuita mal' a proposito nella Biblioteca del Cardinale Imperiali a Lodovico Domenichi. Vedi le addizioni alla Biblioteca de' Volgarizzatori fatta dal Ch. Sig. Ab. Angelo Teodoro Villa.

uomo di molto ingegno fornito, e grandemente lodato ne' tempi andati. A lui però, qual che ne fosse il motivo, la cosa non bene riuscì; dappoichè una traduzione ei pubblicò languida a tal segno, e snervata, che appena dalla prosa alcun poco si dissomiglia: oltrechè alcuni tratti del Poeta non bene intese, e alcuni passi men gastigati, più che non era mestieri, disvelò liberamente. Prese gli è vero a purgar di tai macchie il libro del Dolce un certo Parmindo Ibichese, cioè Francesco Maria Biacca (2), che sotto un tal nome asconder si volle; ma qual servigio abbia egli reso ad Orazio, non meno che al Dolce, a chiunque è palese, cui non rincresca confrontare le Satire d' Orazio, e la Traduzione del Dolce coi cambiamenti, che il Biacca vi fece. Quindi è, che a questi non vien concesso il nome di Traduttore. L' istessa impresa poscia abbracciò Francesco Borgianelli (3). Egli però sebben tenesse diverso sentiero, non fu del Dolce più fortunato: poichè avendo usato un metro, come suol dirsi, troppo legato, e fra le rime costantemente circoscritto, non di rado allontanò le parole dell' Autore dal di lui sentimento, la di lui vivacità quasi fra catene restrinse, e tratto tratto ne indebolì la forza delle sentenze. Ruppe in appresso nell' opposto scoglio il chiarissimo Stefano Pallavicini (4),

(2) Vedi la Prefazione del Tomo IX. delle Traduzioni degli antichi Poeti latini publicata in Milano dalla Stamperia Palatina 1735.
(3) In Ascoli per il Valenti 1730. in 8.
(4) In Venezia 1774. in 8. Vedi il Tomo II. colle riflessioni del Chiarissimo Conte Algarotti.

il quale, come egli ſteſſo nella prefazion ſua ingenuamente confeſſa, con troppa libertà appropriò il nome di traduzione al ſuo lavoro, che parafraſi, o imitazione ſoltanto vorebb' eſſere nominato. In fatti cercando egli di ricopiare unicamente la franchezza, l' impeto, la giovialità Oraziana, traſcurò poi, e pare che a bello ſtudio il faceſſe, il colorito dell' Originale, e le sfumate ultime tinte ne ha perduto di viſta. Qual concetto formar poi ſi debba della Verſione pubblicata dal nobiliſſimo Cavaliere Gregorio Redi (5) non ſaprei bene affermare: ſe non che dal ſilenzio, che intorno ad eſſa tengono gli eruditi, pare a cert' uni, che poſſa conghietturarſi dover l' opera del Redi, anzichè ſtuzzicare i palati ommai troppo nauſeoſi dell' età noſtra, iſpirar loro ſazietà, e ſtanchezza. Da ultimo anche il Toſcano Paſtor d' Arcadia Oresbio Agieio (6), cioè a dire Franceſco Corſetti (per non parlare di alcuni aſſai più recenti (7), ſu dei quali a me non compete il dar giudizio) traſportar volle in noſtro idioma le Satire Oraziane. Ma non avendo pienamente colpito nella dolcezza, e nella forza del grande Autore, laſciò anch' egli aperto il campo ad altrui di fare intorno a ciò miglior tentativo.

(5) Vedi il ſecondo Tomo delle ſue Opere in Venezia per il Recurti 1751.
(6) Siena preſſo Agoſtino Bindi 1759. in 4.
(7) Intendo qui di accennare a cagion di lode il Chiar. P. Bertola, che ſi è sforzato di migliorare la traduzione del ſuddetto Corſetti, ſiccome altri, che hanno volgarizzato ſoltanto qualche Satira di Orazio, fra quali merita diſtinta menzione l' incomparabile Metaſtaſio, che ha portata in terza rima la Satira Seſta del ſecondo libro. Vedi la recentiſſima edizione delle di lui Opere riſtampata dal Zatta in Venezia.

Resterà ora al tuo giudizio, e de' posteri il giudicare, se a me sia poi riuscito quanto non ottennero cotai uomini per ingegno, ed erudizione chiarissimi. Mi basta intanto di poter affermare, che industria, e diligenza non risparmiai perchè questa versione incontrar potesse l' aggradimento delle culte insieme, e dell' indotte persone, mentre a tal segno mi prefissi di rappresentar fedelmente i colori originali di Orazio, che non ne restasse perciò sminuita la forza delle parole, o la bellezza de' concetti ne avesse a soffrire notabile detrimento. Che se ti accada di riscontrar tuttavolta alcuna espression meno esatta, men robusta, o men dignitosa, mi voglio lusingare, che ne sarò da te compatito, sendochè (per servirmi dell' espressione di un gran Filosofo insieme, e gran Monarca) a rappresentar da dovero lontan del Lazio il personaggio del Venosino, converrebbe, che Orazio istesso tornasse a rinascere.

Perciò, che al Testo appartiene, più di tutto mi son curato, che ripulito dagli errori in esso intrusi dai trascrittori ignoranti, e dagli animosi grammatici, comparisse per quanto è possibile genuino, ed emendato; il perchè molte edizioni mi convenne esaminare, e le diversità loro confrontare pazientemente, acciò quelle trascurando tra le varie lezioni, che mi sembravano di poco momento, potessi poi da migliori codici raccogliere le più importanti, ed annicchiarle al luogo opportuno.

Perchè nulla poi mancasse a questa Versione degli

ornamenti tipografici, bramai che sortisse dal nitido Torchio dell' imperiale Monistero di S. Ambrogio, e che fosse inserita tra le Versioni degli antichi Poeti latini, che stansi colà novamente imprimendo; ciò che colla mediazione del Sig. Conte Consigliere Don Pietro Secchi Comneno mi venne cortesemente accordato. Per non allontanarmi però dal sistema adottato in tale Ambrosiana Edizione, mi convenne sminuire, restringere, e latinizzare eziandio le italiane Annotazioni, che dagli Storici, e dai Poeti avea raccolte, non che dagli Interpreti Oraziani Sanadone, Rosello, Giovencio, Dacierio, Bentleio, e Dorighello da me intorno a ciò consultati. Conservo non ostante le predilette mie Note Italiane, acciò se in altro incontro accadesse mai a questa Versione di rivedere la pubblica luce, servir possano allora a quell' uso, cui erano destinate.

Altro di presente non mi rimane a desiderare, se non che della mia fatica mi sappian buon grado gli uomini eruditi. Se ciò mi riesce di conseguire sarò pago oltremodo, e contento; poichè non credo che v' abbia per un giovane ingenuo più degno, e più analogo trattenimento, di quello sia il rendersi benemerito de' buoni studi. Vivi felice.

Digitized by Google

DE' SERMONI

DI

QUINTO ORAZIO FLACCO.

Digitized by Google

Q. HORATII FLACCI
SATIRARUM
LIBER I.



SATIRA I.

Adverſus hominum inconſtantiam, & exinde in avaritiam invehitur.

Inter Horatium, et Avarum Dialogus.

Hor. Qui ſit, Mœcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors objecerit, illâ
Contentus vivat: laudet diverſa ſequentes?
O fortunati mercatores! gravis annis
Miles ait, multo jam fractus membra labore.
Contra mercator, navim jactantibus Auſtris,
Militia eſt potior. Quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat juris, legumque peritus,
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem eſt,
Solos felices viventes clamat in urbe.
Cætera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem

De amore, & ſtudio, quo feruntur homines in ſuam quiſque ſortem, & artem, ſcripſit Mœcenati Poëta in prima libri primi Ode: in hac ſatira vero duo adiicit, quæ hunc amorem, ſtudiumque vituperandum objiciunt. Hic amor enim ſolicitus eſt, & vitioſus, ut ſecum aliquando pugnet, & homines alienæ ſorti faciat invidentes; deinde ſuapte natura eſt inſatiabilis. Ex duobus hiſce malis ille manant curæ, & querelæ, quibus refellendis Horatius totus incumbit. Non ſatis conſtat quo anno hæc ſatira ſcripta fuerit. Juxta Sanadonis ſententiam inter prima Horatiani ingenii ſpecimina enumeranda eſt.

11. *Datis vadibus.* Vades ſunt ſponſores alterius in re capitali.

DE' SERMONI
DI QUINTO ORAZIO FLACCO
LIBRO I.



SATIRA I.

Quegl' uomini ſgrida, che dello ſtato loro non mai ſi chiaman contenti. Prende quindi occaſione di biaſimar l' avarizia, che coi più vivi colori dipinge.

DIALOGO TRA ORAZIO, ED UN AVARO.

Or. *PERCHE', Mecena, avvien, che niun contento*
Di quello ſtato viva, a cui ragione,
Lo ſe' appigliar, oppur gli offrì la ſorte,
E chi profeſſa altro meſtier ſol lodi?
Oh fortunati i mercadanti, dice
Grave d' anni il Soldato, che le membra
Ha già per la fatica infrante, e guaſte.
Il mercante all' incontro, allorchè gli Auſtri
Percuoton la ſua nave, è ben migliore,
Afferma la milizia: in eſſa in fatti
Che v' ha di mal? Si pugna; e in un momento
Vien preſta morte, o la vittoria lieta.
Quando al cantar del gallo ode i clienti
Batter la porta il Giuſperito, loda
Del contadin la pace: e queſti eſclama,
Ch' è ſol felice chi in cittade alberga,
Mentre nella città per forza è tratto
Da lui, cui già mallevador preſtoſſi;
Di tal diverſità v' han tanti eſempj,

Delaſſare valent Fabium. Ne te morer, audi,
Quo rem deducam. Si quis Deus, En ego, dicat,
Jam faciam, quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator: tu, conſultus modo, ruſticus. Hinc vos,
Vos hinc, mutatis diſcedite partibus. Eja,
Quid ſtatis? Nolint. Atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ eſt, merito quin illis Jupiter ambas
Iratus buccas inflet: neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem?
Præterea, ne ſic, ut qui jocularia, ridens
Percurram: quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? Et pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint ut diſcere prima.
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Ille gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo; miles, nautæque, per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant,
Aiunt, cum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
Parvula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit acervo,
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ, ſimul inverſum contriſtat Aquarius annum*,
Non uſquam prorepit*, & illis utitur ante

14. Veteres auſpicantur Interpretes ex Narbonenſi Equeſtri familia hunc *Fabium* fuiſſe, Pompeii ſtudioſiſſimum, Stoicæque philoſophiæ aſſeclam, in quem nonnullos ediderat libros. Credere quid vetat verboſum illum Fabium Hiſtoricum hic vellicari, de quo verba facit Cicero *De legib. lib. 1. n. 2.?*

25. *Et pueris dant cruſtula blandi doctores.* Similitudine præceptorum, qui pueros cruſtulis alliciunt, tacite cauſam innuit, cur Jupiter hominum inconſtantiæ non iraſcatur. Dii nempe idcirco ſtultis hominum votis aures præbent, quod identidem dona ab iis accipiunt. Hunc locum ſale acri, mordacique inſigne, primus optime explicavit Dorighellus. Cæteri legunt *præterea* (verſu antecedenti), ſententiamque operiunt obſcuritate.

Che potrebbe ſtancar Fabio loquace.
Per non tediarti, aſcolta ov' io conchiuda;
Se qualche Dio diceſſe: eccomi a voi,
Or ora io vi darò ciò, che bramate;
Tu, che Soldato ſei, ſarai mercante;
E tu, che or ſei Dottor, ſarai villano:
Qui voi, voi qui, cangiando ſtil paſſate.
O là, perchè indugiar? Ceder non ſanno.
Eppur poſſon così farſi felici.
Qual cauſa è mai, che contro d' eſſi irato
Giove a ragion non gonſi ambo le gote,
Nè giuri di non eſſer facil tanto,
Che in avvenir porga a tai voti orecchio?
Tacciam, perch' io ſcherzando non traſcorra
Qual chi racconta ſavolette al volgo;
Sebbene il dire anche ridendo il vero
Che vieta mai? Talvolta anche ai fanciulli
Donan ciambelle i precettor corteſi,
Acciò i primi elementi apprendan: pure
Paſſiam, laſciando i ſcherzi, a ſerie coſe.
Colui, che ſende col peſante aratro
Il duro ſuol, queſt' oſte disleale,
E il ſoldato, e i nocchier, che audaci intorno
Scorron per ogni mar: tante fatiche
Dicon di tollerar, ſol perchè un giorno
Poſſan vecchj trovar quiete ſicura,
Allor che avranſi ragunato il cibo:
Qual picciola formica (poich' eſempio
Ella è d' un gran travaglio) con la bocca,
Trae ciò, ch' ella puote, e del futuro
Non incauta, od ignara, entro il granajo,
Ch' ella formò, lo aſconde, e mentre appena
Aquario il declinante anno rattriſta,
Più non eſce al di fuori, e di quel paſco,

Quæsitis sapiens; cum te neque fervidus æstus
Demoveat lucro, nec hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.
Quid juvat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossâ timidum deponere terrâ?
Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem.
At ni id fit, quid habet pulcri constructus acervus?
Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plus quam meus: ut si
Reticulum panis, venales inter, onusto
Forte trahas humero, nihilo plus accipias, quàm
Qui nil portarit. Vel dic, quid referat intra
Naturæ fines viventi, jugera centum, an
Mille aret. *Av.* At suave est ex magno tollere acervo.
Hor. Dum ex parvo nobis tantumdē haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Ut, tibi si sit opus liquidi non amplius urnâ,
Vel cyatho, & dicas; magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantumdem sumere. Eo fit,
Plenior ut si quos delectet copia justo,
Cum ripâ simul avulsos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quantum est opus, is neque limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.

47. *Reticulum panis, &c.* Si Esopus, quod sacculum panis humeris bajularit, duplicem cibi portionem postulasset, inquit Poeta, esset omnino ridendus. Cur ergo avarus non ex ventris capacitate, sed ex affluentia divitiarum proprium sibi congerit alimentum?

58. *Aufidus acer.* *Aufidus* flumen, vulgo *l'Offanto*, interfluit Apuliam ab occidente in orientem, & in sinum Adriaticum volvitur. In Hirpinorum montibus nascitur prope Compsam in principatu ulteriori, & cursu suo sejungit Apuliam Dauniam a Peucetia, & Lucania.

Che avea raccolto in pria, saggia si nutre.
Te però dal guadagno il caldo estivo
Staccar giammai non può, nè il verno, il fuoco,
Il ferro, il mar ti sono unqua di freno,
Purchè di te più ricco altro non v' abbia.
Che giova mai furtivamente in seno
D' una fossa depor con man tremante
D' argento, ed oro un sterminato ammasso?
Si riduce se il scemi a un asse abbietto;
Ma se nol fai, cos' ha di bello un mucchio
Di raccolto danar? Benchè sull' aja,
Cento mila di gran serbi misure,
Non perciò più del mio sarà di cibo
Il tuo ventre capace. Qual se a caso
Del pan portassi sulle spalle il sacco
Tra i servitor venali, non maggiore
Porzion ne avresti di chi scarco andonne.
A lui, che di natura entro i confini
Vive, dimmi, che importa, se piuttosto
Mille jugeri solchi, oppur sol cento?
Avar. *Ma è pur dolce levar da un grande mucchio*
Ciò che bisogna. Oraz. *Purchè a me altrettanto*
Sia dato ritrovar, perchè mai lodi
Più de' miei sacchi angusti i tuoi granai?
Tu fai, qual se bramando un sol bicchiero
D' acqua, o un sol vaso; ora vogl' io, dicessi,
Più che da questo fonticel ristretto,
Da un gran fiume cavarla. Quindi a quegli,
Cui grande oltre il dover copia diletta,
L' Aufido violento con le ripe
Svelle anche i fondi, e seco li trasporta;
Ma chi quel poco, ond' ha mestier, sol cerca,
Nè l' acqua beve per lo fango immonda,
Nè lascia in mar la vita in preda ai flutti.

At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit; quia tanti quantum habeas, sis.
Quid facias illi? jubeas miserum esse libenter,
Quatenus id facit. Ut quidam memoratur Athenis*
Sordidus, ac dives, populi contemnere voces
Sic solitus: Populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus ab labris sitiens fugientia captat
Flumina... Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congestis undique saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Nescis quo valeat nummus; quem præbeat usum?
Panis ematur, olus, vini sextarius; adde,
Queis humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque diesque
Formidare malos fures, incendia, servos,
Ne te compilent fugientes; hoc juvat? horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
Av. At si condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius lecto casus te affixit; habes qui
Assideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
Suscitet, ac natis reddat, carisque propinquis.
Hor. Non uxor salvum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.

68. *Tantalus ab labris &c.* Tantalus filium suum Pelopem clam a se interfectum hospitibus Diis apud se divertentibus apposuit epulandum: ob id scelus detrusus ad inferos, æterna siti, & fame torquetur.

69. *Quid rides?* Horatium fabulam hanc enarrantem risu interrumpit avarus, cui vates: tu es, inquit, ille Tantalus; pone tuum nomen, in te res tota conveniet.

80. *At si condoluit &c.* Avarus ait divitias valere plurimum ad benevolentiam consanguineorum, & amicorum conciliandam diviti.

84. *Non uxor salvum te vult &c.* Retorquet Poëta in avarum argumentum.

Eppur gran parte de' mortai sedotta
Da ingannator desio, mai dice, basta;
Perchè tanto è il tuo onor, quanto possiedi.
A chi pensa così, che far potrai?
Lascia che sia meschin quanto a lui piace;
Come certun sordido al par che ricco
Dicon fosse in Atene, che le voci
Del popolo così spregiar soleva:
Il popolo mi beffa, ma in mia casa
Io fo' plauso a me stesso, allorchè in pace,
Nello scrigno contemplo i miei danari.
Tantalo sitibondo l' acqua assorbe,
Che dal labbro gli fugge . . . . . . E perchè ridi?
Ciò può dirsi di te, se cangi il nome.
Sulle borse raccolte da ogni parte
Dormi agitato, a non toccarle astretto,
Come sacrate cose, ed a goderne,
Come goder si può quadro dipinto.
Quanto vaglia il danar, qual ne sia l' uso
Non sai? Comprisi il pan, l' erbaggio, il vino,
Cui l' altre cose aggiungi, che negate
A se non può soffrir natura umana.
Forse il vegghiar le notti, e i giorni in pena,
Il temer rei ladroni, incendj, servi,
Che non fuggan da te carchi di preda,
E' dolce cosa? Di tai beni io sempre
Esser povero affatto bramerei.
Avar. *Ma se ti duol tocco dal freddo il corpo,*
O t' inchiodò qualch' altro mal nel letto,
Hai chi ti assista, chi i fomenti apresti,
E il medico dimandi, acciò sanato
Ti renda ai figli, ed ai parenti amati.
Oraz. *Non la moglie ti vuol salvo, nè il figlio:*
T' hanno tutti in orror, vicini, amici,

Miraris, cum tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet, quem non merearis, amorem?
At si cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, servareque amicos,
Infelix operam perdas: ut si quis asellum
In campo doceat parentem currere frænis.
Denique sit finis quærendi: cumque habeas plus,
Pauperiem metuas, minus, & finire laborem
Incipias, parto quod avebas: nec facias quod
Ummidius * quidam (non longa est fabula) dives,
Ut metiretur nummos; ita sordidus, ut se
Non unquam servo melius vestiret, ad usque
Supremum tempus; ne se penuria victus
Opprimeret, metuebat. At hunc liberta securi
Divisit medium, fortissima Tyndaridarum.
Av. Quid mi igitur suades? Ut vivam Mænius? *aut sic,
Ut Nomentanus? *Hor.* Pergis pugnantia secum
Frontibus adversis componere. Non ego avarum
Cum veto te fieri, vappam jubeo ac nebulonem.
Est inter Tanaim quiddam, socerumque Visellî.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.
Illuc, unde abii, redeo. Nemon' ut avarus
Se probet; ac potius laudet diversa sequentes?

88. *At si cognatos nullo natura labore*. Sermo est de iis cognatis, quos nullo nostro labore natura dat; & ita salse perfricantur ii, qui ab aliis adoptari studebant. Alii vero diversimode locum explicant. Rosello assentimur.

100. *Fortissima Tyndaridarum*. *Tindarides*, vel *Tindariæ*, ut legit Dorighellus, idest Tindari filiæ, fuere *Helena*, & *Clytemnestra*, quæ suos conjuges occiderunt; illa quidem Deiphobum, altera Agamemnonem.

105. *Inter Tanaim quiddam &c.* Tanais Mœcenatis libertus, si Acroni credimus, fuit Eunuchus ex Egypto Romæ vectus. *Viselli socrus* hernia deformi laborabat.

Servi, e donzelle. In te stupor si desta,
Mentre ogni cosa al tuo danar posponi,
Se l' amor, che non merti, ognun ti nega?
Che se volessi mantenerti avvinti
Senza disagio alcun que', che natura
Ti diede affini, e conservar gli amici,
Perdi infelice il tempo al par di quegli,
Che a un asino insegnar l' arte tentasse,
Di correr snello, e obbediente al freno.
Omai pon fine a tanti acquisti, e meno
Temi l' inopia, or che di più possiedi,
E fra quei beni, cui correvi in traccia,
Trova il termine alfin di tue fatiche;
Nè far come soleva un certo Ummidio
(Non è longo il racconto) tanto ricco,
Che il danar misurava, e tanto avaro,
Che non vestì giammai meglio del servo
Fino all' ultimo dì, perchè temea
Di rimaner dall' indigenza oppresso.
Ma alle figlie di Tindaro simile
Una liberta sua con una scure
In mezzo lo spaccò. Avar. *Che mi consiglj*
Dunque con ciò? Di viver come Menio,
O come Nomentan? Oraz. *Tu mal t' apponi,*
E unir ti sforzi insiem due cose opposte.
Quand' io d' essere avaro a te divieto,
Prodigo non ti voglio, ovver balordo.
Fra Tanai, e il suocer di Visello, grande
Passa diversità. V' ha nelle cose
Certa misura, e v' han certi confini,
Oltre cui star non può virtude, o dritto.
Torno d' onde partii. Come esser puote,
Che l' avaro di se non mai sia pago,
Anzi lo stato altrui mai sempre esalti?

Quodque aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat? neque ſe majori pauperiorum
Turbæ comparet? hunc, atque hunc, ſuperare laboret?
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.
Ut cum carceribus * miſſos rapit ungula currus,
Inſtat equis auriga ſuos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit, ut raro, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore, vita
Cedat, uti conviva ſatur, reperire queamus.
Jam ſatis eſt. Ne me Criſpini ſcrinia Lippi *
Compilaſſe putes, verbum non amplius addo.

SATIRA II.

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.

AMBUBAIARUM collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimæ, balatrones; hoc genus omne
Mœſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli: *
Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus eſſe
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo, duramque famem depellere poſſit.
Hunc ſi perconteris, avi cur, atque parentis

1. Scripta fuit hæc Satira ante Legem Juliam de adulteriis, & impudicitia, ideſt anno Urb. Cond. circiter 723, Horatianæ ætatis 34.

Ambubajæ erant feminæ triobolares, quæ tibiis vicatim ſonabant. *Ambub* enim vox Syriaca tibiam ſignificat. Syri hanc artem callebant.

2. *Mendici arte*, quibus hic alluditur, fuere Sacerdotes Iſidis & Cibeles. Iſti peram humeris ferentes urbem percurrebant, & religionis larva ſæpe magna celabant crimina.

E se la capra del vicin più gonfie
Stenda le poppe si rautristi, e mai
Alla turba maggior de' più meschini
Se paragoni, e questo, e quel si sforzi
Di superar? Così chi vincer sempre,
Cerca in ricchezze, da un più ricco è vinto.
Come l' auriga, allor che sono uscite
Dal carcer le carrette, quei corsieri
Soltanto adocchia, che si sente al fianco,
Gl' altri sprezzando, che lasciossi addietro.
Quindi è raro trovar, chi appien felice
Dica d' esser vissuto, e al fin dei giorni
Qual sazio commensal lasci la vita.
Basta così: perchè tu dir non debba,
Ch' io di Lippo Crispin rubbassi i scrigni,
Al già detto fin quì, più non aggiungo.

SATIRA II.

Biasima l' incostanza di Tigello, e degli altri uomini stolti, che per ischivare un vizio inciampar sogliono nell' opposto; poscia contro gli Adulteri inveisce.

De' cantambanchi i ruoli, i profumieri,
I mendici, i buffoni, i parassiti,
E tutta simil gente per la morte
Di Tigello cantor piange, e s' accora,
Perch' era liberal. Questi all' incontro,
Temendo comparir prodigo troppo,
Nega di dare a un bisognoso amico
Con che il freddo scacciar, e l' aspra fame.
Se chiedi a un altro, per che mai goloso
Al ventre doni il patrimonio illustre,

Præclaram ingratâ ſtringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coëmens obſonia nummis;
Sordidus, atque animi quod parvi nolit haberi,
Reſpondet. Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fufidius vappæ famam timet *, ac nebulonis,
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exſecat: atque
Quanto perditior quiſquis eſt, tanto acrius urget:
Nomina ſectatur, modo ſumpta veſte virili,
Sub patribus duris tyronum. Maxime, quis non,
Juppiter, exclamat, ſimul atque audivit? At in ſe
Pro quæſtu ſuptum facit? Hic? Vix credere poſſis
Quam ſibi non ſit amicus: ita ut pater ille, Terenti
Fabula quem miſerum nato vixiſſe fugato
Inducit, non ſe pejus cruciaverit atque hic.
Si quis nunc quærat, quo res hæc pertinet? Illuc:
Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.
Melchinus tunicis demiſſis ambulat *. Eſt qui
Inguen ad obſcœnum ſubductis uſque facetus.
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.
Nil medium eſt. Sunt qui nolint tetigiſſe, niſi illas,
Quarum ſubſutâ talos tegat inſtita veſte.
Contra alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem.
Quidam notus homo cum exiret fornice, macte

13. *Dives agris &c.* Sine cauſa repetitum eſſe hunc verſum extantem in Arte Poëtica n. 421. queritur Sanado. Quid de hac querela ſentiendum ſit, definire non audeo.

16. *Modo ſumpta veſte virili.* Ingenui Romanorum adoleſcentes anno ætatis 17. depoſita prætexta virilem veſtem aſſumebant.

20. *Terenti fabula quem miſerum &c.* Terentiano *Heautontimorumenone*, ſive *Menedemo* hoc ſpectat. Ipſe enim ſemet diſcruciat, & punit, quod acerbitate ſua filium domo propuliſſet (Vide notas in Terentium).

27. *Paſtillos &c.* Hic verſus pupugit multos, ſive quod *Rufilius*, atque *Gorgonius*, vel (ut alii malunt) *Gargonius*, gratioſi eſſent apud potentes, ſive quod dignitate clareſcerent. Hinc in invidiam multorum venit Poeta, ut infra patet ex Satira IV.

29. *Talos tegat inſtita veſte.* Tenuis faſciola erat *Inſtita*, quæ imam ſtolæ partem ambiebat. Ea utebantur honeſtæ matronæ.

Che a lui l' avo ha lasciato, e il genitore,
Comprando col danar tolto ad usura
Ogni sorta di cibo, egli risponde:
Per non sembrare avaro, e d' alma angusta.
Chi perciò lo commenda, e chi lo incolpa.
Ricco Fufidio di poderi, e ricco
Di grandi somme poste a censo, il nome
Teme d' uom trascurato, e di balordo.
Dal capital costui cinque mercedi
E' d' esigere usato, e quanto alcuno
E' più meschin, tanto ei più fier lo opprime.
Di que' giovin desia scrivere i nomi,
Che la veste viril poc' anzi han presa
Sotto rigidi padri. E chi ascoltando
Tai cose, non esclama: oh sommo Giove!
Ma son le spese in lui pari al guadagno?
Appena creder puoi qual poco amico
Di se medesmo ei sia, talchè quel Padre,
Cui di Terenzio la commedia induce
A vivere meschin, perduto il figlio,
Non peggio di costui trattò se stesso.
Se mi chiedesse alcun qual è il mio scopo;
Di provar gli direi, che mentre i stolti
Schivano i vizj, inciampan negli opposti.
Con vesti lunghe assai Melchin passeggia;
Altri, che arrivan solo alla cintura,
Ridicolo le porta. Di pomate
Spira Rufillo odor, Gorgonio d' irco.
Non v' è mediocritade. Avvi chi solo
Quelle donne desia, cui nobil lembo
Nella veste cucito i talon cuopre.
Un altro in vece più di lei, che alberga
In sozzo lupanar, nissuna apprezza.
Sortendo un dì da un impudico ostello

Virtute esto, inquit sententia dia Catonis,
Nam simul ac venas inflavit tetra libido,
Huc juvenes æquum est descendere, non alienas
Permolere uxores. Nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupiennius albi.
Audire est operæ pretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis, ut omni parte laborent,
Utque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara, cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones; quin etiam illud
Accidit, ut cuidam testes, caudamque salacem
Demeteret ferrum. Jure omnes: Galba negabat.*
Tutior at quanto merx est in classe secunda:
Libertinarum dico: Sallustius in quas *
Non minus insanit, quam qui mœchatur. At hic, si
Qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste
Munificum esse licet, vellet bonus, atque benignus
Esse; daret quantum satis esset, nec sibi damno,
Dedecorique foret. Verum hoc se amplectitur uno,
Hoc amat, hoc laudat. Matronam nullam ego tango,
Ut quondam Marsæus amator Originis*; ille
Qui patrium mimæ donat fundumque, laremque,

Cert

32. *Marcius Porcius Cato Censorius* cum hominem vidisset ex domo meretricia discedentem, laudavit; sed cum eum animadverteret illinc semper exire, dixit: *Adolescens, ego te laudavi, quod interdum huc venires, non quod hic habitares.*

36. *Lucius Cupiennius Libo Cumeus* nullas, præter matronas (cujus ordini stola alba unice propria erat) fœminas amabat. Vir aulicus fuit Augusti, fortasse ille, cui Cicero xx. Epistolam lib. 2. ad Atticum inscribit.

47. *Tutior &c.* Mulierum Romanarum tres erant classes: prima *Matronarum*, secunda *Libertarum*, tertia *Meretricum*.

Cert' uomo conosciuto: oh via, gli disse
Catone sentenzioso, che tu possa
Crescer sempre in virtù, così va bene:
Poichè qualor libidin fiera infiamma
La gioventù, giust' è, ch' ella quì scenda,
Senza punto insidiar le moglj altrui.
D' esser così lodato io non mi curo,
Dice Cuppiennio di matrone amante.
Per voi, cui non è in grado, che l' intento
Agli adulteri prospero succeda,
Pregio è dell' opra udir, come d' intorno
Dagli affanni sian cinti, e come ad essi
Guasto da gran dolor giunga il piacere,
E questo raro, e tra perigli estremi.
Chi dal tetto slanciossi, chi percosso
Fu a morte dai baston, chi nella turba
Di crudeli assassin cadde fuggendo,
Chi per la vita diè il danar, chi insulti
Soffrì dagl' empj; anzi pur questo accadde,
Che i pudendi a certun recise il ferro.
E' giusto, ognun dicea, Galba il negava.
Ma nell' ordin secondo più sicura
Quanto la merce è mai! Le libertine
Intendo di accennar, dietro le quali,
D' un adultero al par, Sallustio impazza.
E pur s' ei fosse liberale, e buono,
Come il potere, e la ragion consiglia,
E come lice all' uomo esser cortese,
Sol quanto basta, e quanto può, darebbe,
Nè a se stesso saria di scorno, e danno.
Ma questa scusa solo ama, ed abbraccia,
E loda ancor: niuna matrona io tocco.
Tal già disse Marseo d' Origin drudo,
Quegli, che il patrio fondo, e la sua casa

Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus unquam alienis
Verum eſt cum mimis, & cum meretricibus: unde
Fama malum gravius, quam res trahit. An tibi abunde
Perſonam ſatis eſt, non illud, quidquid ubique
Officit, evitare? bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum eſt ubicunque. Quid intereſt in matrona, ancilla, peccesve togata?
Villius in Fauſta Sullæ gener (hoc miſer uno
Nomine deceptus) pœnas dedit uſque, ſuperque
Quam ſatis eſt, pugnis cæſus, ferroque petitus,
Excluſus fore, cum Longarenus foret intus.
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret hæc animus: Quid vis tibi? numquid ego a te
Magno prognatum depoſco conſule cunnum,
Velatumque ſtola, mea cum conferbuit ira?
Quid reſponderet? Magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantiaque iſtis
Dives opis natura ſuæ? tu ſi modo recte
Diſpenſare velis, ac non fugienda petendis
Immiſcere. Tuo vitio, rerumne labores,
Nil referre putas? Quare, ne pœniteat te,
Deſine matronas ſectarier: unde laboris
Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus.

64. *Villius in Fauſta Sullæ gener &c. Lucii Cornelii Sillæ* Dictatoris filia erat Fauſta. Hac tantum de cauſa eam dilexit *Villius*. Ipſe tamen *Sullæ gener* revera non fuit: *Fauſta* enim Annio Miloni nupſerat. Horatius hoc modo miſeram Villii ambitionem perfricuit.

67. *Quum Longarenus foret intus.* Felicior Villii Rivalis *Longarenus* fuit, qui licet obſcuro loco natus, filiam Dictatoris, equitiſque uxorem nobiliſſimam permolere auſus eſt.

68. *Huic*, intellige huic Villio.

A una saltante dona: io con le donne,
Che son moglj d' altrui, unqua ebbi impaccio,
Ma sol con le impudiche, e le danzanti,
Da cui la fama un maggior mal riceve,
Che il domestico aver. Forse a te basta
Tai persone evitare, e non ciò tutto,
Che ovunque ti danneggia? E' sempre male
Perder la buona fama, e le sostanze
Del Padre dissipar. Qual v' ha divario,
Se pecchi con matrona, ancella, o schiava?
Per Fausta Villio genero di Sillia
(Meschin, da questo sol nome ingannato!)
Del fallo oltre il dover pagò la pena,
Dai pugni vilipeso, e dalle spade
Assalito, e scacciato dalla casa,
Mentre allor Longaren dentro vi stava.
Se a costui la ragione, anche del senso,
Che tanti guai vedeva, usando i detti
Così parlato avesse: Tu che vuoi?
Forse d' un Consol grande a te la figlia
Cinta di ricca stola io mai ricerco,
Qualor di donna in me desio si accende?
Che risponder potea? se non dicesse:
Questa fanciulla da un gran padre è nata.
Ma quai cose migliori, e a questo opposte
Ricca de' beni suoi t' offre natura,
Se pur farne volessi uso discreto,
E ciò, che dei cercar, ciò che fuggire
Non confondessi? Tu non pensi come
Sia diverso il penar per tuo difetto,
O delle cose? Orsù per non pentirti,
Cessa di correr dietro alle matrone,
Da cui più facil è pescare affanni,
Che non coglier dal fatto i dolci frutti.

Nec magis huic niveos inter, viridesque lapillos,
Sit licet hoc, Cerinthe, tuum, tenerum est femur, aut crus
Rectius: atque etiam melius persæpe togatæ.
Adde huc, quod mercem sine fucis gestat: aperte
Quod venale habet, ostendit: nec, si quid honesti est,
Jactat, habetque palam; quærit quo turpia celet.
Regibus hic mos est; ubi equos mercantur, opertos
Inspiciunt: ne si facies (ut sæpe) decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem,
Quod pulcræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi apte. Ne tu, corporis optima Lyncei
Contemplans oculis; Hypsæa cæcior, illa
Quæ mala sunt, spectes. O crus! o brachia! verum
Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est.
Matronæ præter faciem nil cernere possis,
Cetera, ni Catia est *, demissa veste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata, (nam te
Hoc facit insanum) multæ tibi tum officient res:
Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ,
Ad talos stola demissa, & circumdata palla;
Plurima quæ invideant pure apparere tibi rem.

81. *Sit licet hoc Cerinthe tuum*. Dorighellus diversimode hunc locum explicat legens; *sit licet hoc*, *Cerinthe*, *tuæ*. Cerinthus iste pulcherrimus quidem adolescens, qui Tibullo in deliciis fuit, Sulpiciam Servii filiam, nonnulasque alias consulares fœminas smaragdis, & adamantibus exornatas unice amplexabatur. Hanc illi vanitatem exprobrat Poëta.

87. *Ubi equos mercantur*, *opertos inspiciunt*. Dacierius legit *apertos*, idest nudos: *opertos* legendum esse cum Dorighello contendimus. Sensus est: *inspiciunt opertos*, ne facies nuda, cum decora sit, vitia pedum, capitis, clunium, splendore suo quodamodo obnubat, emptoremque in fraudem inducat; alioquin si legas *apertos*, secum pugnaret sententia.

91. *Lyncei contemplans oculis*. Acutissima oculorum acie *Lynceum* fuisse præditum dicitur, & metalla reperisse; hinc fabulæ ferunt eum perspexisse quidquid apud inferos fieret.

92. *Hypsæo cæcior*. Non oculorum, ut opinor, sed animi cæcitate laborabat *Hypsæa*, ex patricia Plautiorum Gente. Amatorum vitiis nimia, quam par est, tollerantia indulgebat; adagium ex hoc ortum: *Hypsæa cæcior*.

94. *Depygis*. Mulier dicitur *Depygis*, quæ depressum anum habet.

Nè fra le bianche gemme, e fra le verdi
(Sebben questo, o Cherinto, a te stia a cuore)
Vanta costei più dilicato il fianco,
O la gamba più dritta: anzi di spesso
Abbietta serva ha più gentile il corpo.
Aggiungi a ciò, che senza inganni porta
Questa le merci sue, e apertamente
Ciò, che ha venal, ti mostra, nè se trova
Qualche bello in se stessa il vanta, o estolle,
Ma sol cerca occultare i suoi difetti.
Questo è l' uso dei Re: quando i cavalli
Voglion comprar, li osservano coperti;
Acciò se mai, come sovente avviene,
La bella testa a un debol pie' si appoggi,
Non resti il comprator tratto in inganno,
Cui le polpute coscie, il capo breve,
E la cervice alzata han già invaghito.
Essi fan ben così; tu al par del corpo
Sol con occhi lincei l' ottime parti
Non contemplare, nè d' Ipsea più cieco
Ti mostra nel guardar ciò, ch' è difetto.
O che gambe! O che braccia! Eppure è scarsa
Di coscie, il naso ha grande, il fianco angusto,
E troppo lungo il piede. A una Matrona
Nulla veder potrai, fuorchè la faccia;
Che tutto il resto, se n' eccettui Cazia,
Sotto la lunga veste è ricoperto.
Se il vietato ricerchi (giacchè questo
Ti porta alla follia) da uno steccato
Difeso lo ritrovi, e molti incontri
Ostacoli, e ritardi; i servitori,
La lettica, i buffoni, i parrucchieri,
La stola, e l' ampia veste, ond' è la donna
Fino ai talon coperta: tutte cose,

Altera nil obſtat. Cois tibi pene videre eſt
Ut nudam: ne crure malo, ne ſit pede turpi:
Metiri poſſis oculo latus. An tibi mavis
Inſidias fieri, pretiumque avellier, ante
Quam mercem oſtendi? Leporem venator ut alta
In nive ſectetur, poſitum ſic tangere nolit:
Cantat, & adponit: meus eſt amor huic ſimilis; nam
Tranſolvat in medio poſita, & fugientia captat.
Hiſcene verſiculis ſperas tibi poſſe labores,
Atque æſtus, curaſque graves e pectore pelli?
Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum, quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt, & inane abſcindere ſoldo?
Num, tibi cum fauces urit ſitis, aurea quæris
Pocula? Num eſuriens faſtidis omnia, præter
Pavonem, rhombumq;? Tument tibi cū inguina, num, ſi
Ancilla, aut verna eſt præſto puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego; namque parabilem amo Venerem, facilemque:
Illam, Poſt paulo; ſed pluris; ſi exierit vir;
Gallis hanc, Philodemus ait*: ſibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque cunctetur, cum eſt juſſa, venire.

105. *Leporem venator ut alta &c.* Inſerit ſummatim huic loco Epigramma Callimachi, quod Romæ canebatur. Fingit Cherintum inter Matronas illud recitare. En Epigramma ex Dorighelli notis excerptum.

Venator, Epicides, in montibus omnem leporem
Querit, & omnis cervæ veſtigia.
Aſſuetus pruinis, & nivibus, ſi quis ei dixerit:
Accipe, en ſaucia eſt fera, non accipiat.
Talis eſt amor meus; quæ fugiunt perſequi
Novit, quæ autem in medio poſita ſunt, prætervolat.

116. *Pavonem, Rhombumque.* *Pavo* in deliciis fuit in Romanorum cœnis. Poſtquam Orator Hortenſius illum exhibuit epulandum, magni vendebatur. *Rhombum* maxime Romani conquirebant; optimus Ravenna petebatur.

Che tolgonti il veder ciò, che tu brami.
Quasi nuda mirar l' altra tu puoi,
Nè la tela di Coo veder ti vieta,
Che non abbia le gambe, e il piè mal fatto,
O il fianco misurar possa con l' occhio.
Vuoi forse tu, che ti sia fatto inganno,
E che levato ti sia prima il prezzo,
Che la merce mostrata? Il cacciatore,
Che seguitò per l' alta neve un lepre,
Toccar nol vuol quando a lui s' offre innanzi;
L' adultero così canta, ed aggiunge:
E' il mio amore a costui del tutto eguale,
Poichè non cura ciò, che s' offre a lui,
E sol chi fugge, e chi resiste insegue.
Forse con tal canzon sbandir dal petto
Speri i crucci, l' ardore e i gravi affanni?
Non stabilì un confine ai nostri affetti
La provida natura? E non è meglio
Cercar ciò, ch' ella esige, e ciò che soffre
Le sia negato, e separar dai vani
I solidi piacer? Quando la sete
T' arde le fauci, forse tu ricerchi
D' oro i bicchier? Forse affamato abborri
Fuorchè il Pavone, e il Rombo, ogni altro cibo?
Quando hai l' incendio in sen, dì, se un' ancella,
O uno schiavo si presta a tuoi bisogni,
Vuoi piuttosto meschin morir di voglia?
Non io così, perchè i piacer desio
Comodi, e agitati, e quella donna abborro,
Che dice: attendi un poco, a maggior prezzo
Mi ti darò, se partirà il marito.
Filodemo costei destina ai Galli;
E quella vuol per se, che un gran guadagno
Non cerca, e non indugia quando è chiesta;

Candida, rectaque sit, munda hactenus; ut neque longa,
Nec magis alba velit, quam det natura, videri.
Hæc, ubi suppofuit dextro corpus mihi lævum,
Ilia, & Ægeria est: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat,
Janua frangatur, latret canis, undique magno
Pulsa domus strepitu resonet, vel pallida lecto
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet:
Cruribus hæc metuat, doti deprensa, egomet mî.
Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo,
Ne nummi pereant, aut pygæ, aut denique fama.
Deprendi miserum est: Fabio vel judice vincam.

127. *Ilia, & Ægeria*. Est mihi, inquit Horatius, instar *Iliæ* matris Romuli nobilissimæ, & instar *Ægeriæ* nimphæ Numæ Pompilio Regi familiaris.

134. *Fabio vel judice vincam*. Si Fabius Jurisconsultus (qui in adulterio olim fuerat deprehensus) sit judex in hac re constitutus, ego vincam, ait Poëta.

SATIRA III.

Aliena quisque peccata videt, ad propria cæcutit. Vitia leviora in amicis debent excusari. Male Stoici asserunt paria esse omnia peccata.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati:
Injussi nunquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæsar, qui cogere posset,

Scripta fuit hæc Satira anno circiter Urbis Conditæ 729, Horatii nati 40, ut Sanado opinatur.

3. *Tigellius* ille *Sardus* est hic, cujus obitum in præcedenti Satira Horatius innuit; ergo cum Ermogene Tigello adhuc vivo, de quo infra, non est confundendus.

Digitized by Google

Candida ella esser dee, snella, e diritta,
Nè a tal segno gentil, che non più bianca,
Nè più grande apparir voglia di quello,
Che natura cortese ad essa accorda.
Ilia, ed Egeria ella è, qualor mi è unita:
Quel nome, che più voglio, a lei concedo;
Nè temo, quando godo, che il consorte
Dalla villa ritorni, o che la porta
S' infranga, latri il cane, e da ogni parte
Scossa da gran rumor suoni la casa,
O che dal letto pallida, e tremante
Scenda la donna, e si addolori, e gridi
La complice fantesca: una temendo
Per la perduta dote, e per la sferza
Piangendo l' altra, ed io per la mia vita.
Fuggir dunque convien mezzo spogliato
Anche a piè nudo, acciò perir non debba
La persona, o il danaro, o in fin la fama.
Quanto è misera cosa esserci colto!
Giudichi Fabio, se a ragione il dico.

SATIRA III.

Coloro in prima riprende, che i propri vizj compatiscono, e sono implacabili contro gli altrui: poscia dimostra doversi a vicenda soffrir fra gli amici i piccioli mancamenti. In fine contro gli Stoici burlescamente si adira, perchè tutti i delitti credevano eguali.

Hanno tutti i Cantori il vizio istesso,
Che, se pregati, fra gli amici a stento
S' inducano a cantar, e non richiesti,
Non la finiscan mai. Tigellio Sardo

Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quidquam proficeret; si collibuisset, ab ovo
Usque ad mala iteraret: io Bacche, modo summa
Voce, modo hac resonat chordis quæ quatuor ima.
Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
Currebat fugiens hostem, persæpe velut qui
Junonis sacra ferret: habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem servos: modo reges, atque tetrarchas,
Omnia magna loquens: modo, sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus,
Quamvis crassa, queat. Decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. Noctes vigilabat ad ipsum
Mane; diem totam stertebat: nil fuit unquam
Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi, Quid tu,
Nullane habes vitia? Imo alia, haud fortasse minora.
Mænius absentem Novium cum carperet, Heus tu,
Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis
Verba putas? Egomet mî ignosco, Mænius, inquit.
Stultus, & improbus hic amor est, dignusque notari.

5. *Patris*. Augustus fuit olim *adoptivus filius* Julii Cæsaris; Hinc se vocari jussit Julium Cæsarem Octavianum, cum antea vocaretur Cajus Octavius.

6. Romani cœnam ducebant ab ovis, finiebant pomis, & fructibus. In expositione hujus loci discrepant hinc Dacierius, & Iuvencius, inde Dorighellus. Illi *summam vocem* intelligunt acutissimam, *imam*, gravem, & depressam. E contra iste Tetracordi figuram exponit, contenditque *summam vocem* esse *Hipate*, nempe gravem: *imam* esse *nete*, idest *acutam*.

11. *Canephoræ Aticæ* lentissimo incedebant passu sacra Junonis canistris capite impositis ad ipsius aram gestantes. Vocatur *Tetrarca* qui quartam regni partem obtinet.

21 *Mævius*. Poeta malus, æque ac maledicus fuit, Virgilii, & Horatii inimicus, qui contra ipsum decimam Odem libri Epodon scripsit. Dacierius legit *Nævius* antiquissimus ex Campania Poeta Ennii ætate florens. Dorighellus legit *Mænius* homo ille perditus, qui omne obligurivit patrimonium, uti in Sat. I. dictum est. Loquitur Horatius de maledicó.

De *Novio* vide infra in Satira VI hujus libri.

Avea tal pecca. Se il chiedeva Augusto,
Che pur potea sforzarlo, acciò cantasse,
Per la propria amicizia, e di suo padre,
Nulla ottenea; se poi da sè si offriva,
Dagli ovi incominciando insino ai pomi,
Or con acuta voce, ed or con quella,
Che fra le quattro corde ultima suona,
Viva gridava, il padre Bacco, evviva!
Non conobbe quest' uom costanza alcuna.
Spesso correr fu visto al par di quegli,
Che fugge dal nemico, e spesso ancora
Andar con gravità, qual se recasse
Di Giuno i sacri arredi. Or dieci servi,
Or dugento ne avea. Regi, e Tetrarchi,
E tai cose sublimi or nominava,
Ed or scioglieva in questi accenti il labbro:
A me sol basta di tre piè una mensa,
E un abbietta saliera, e una sol toga,
Che, sebben lorda, cacciar possa il freddo.
Ma se mille darai sesterzj a questo
Uom parco, e di sì poco assai contento,
Passati cinque giorni un sol danaro
Più in borsa non avrà. Fino al mattino
Vegliar solea la notte, e tutto il giorno
Poltriva fra le piume. Al par di lui
Disuguale a se stesso altro non v' ebbe.
Ora alcun mi dirà, tu che pretendi?
Non hai tu vizio alcuno onde arrossire?
Anzi altri, e forse non minori a questi.
Biasmando Mevio un dì Novio lontano,
Olà, certun gridò, te non conosci?
O pensi di parlar qual' uomo ignoto?
Io perdono a me stesso, Mevio disse.
Questo soverchio amor è stolto, e ingiusto,

Cum tua prætereas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut ferpens Epidaurius? at tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rurfus & illi.
Iracundior eft paulò, minus aptus acutis
Naribus horum hominum: rideri poffit, eo quod
Rufticius tonfo toga defluit, & male laxus
In pede calceus hæret. At eft bonus, ut melior vir
Non alius quifquam: at tibi amicus; at ingenium ingens
Inculto latet hoc fub corpore. Denique te ipfum
Concute, num qua tibi vitiorum infeverit olim
Natura, aut etiam confuetudo mala; namque
Neglectis urenda filix innafcitur agris.
Illuc prævertamur: amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipfa hæc
Delectant, velut Balbinum polypus Agnæ.
Vellem in amicitia fic erraremus, & ifti
Errori nomen virtus pofuiffet honeftum.
At, pater ut gnati, fic nos debemus amici,
Si quod fit vitium, non faftidire. Strabonem
Appellat pætum pater; & pullum, male parvus
Si cui filius eft, ut abortivus fuit olim
Sifyphus: hunc varum, diftortis cruribus; illum

25. *Cum tua prætereas &c. Prætereas* legit cum Sanadone Dorighellus, licet omnes codices habeant *pervideas*.

27. Sacer Æfculapio ferpens Medicorum Deo præfuli, qui *Epidauri* Græciæ urbe in Peloponnenfo præcipue colebatur.

29. *Iracundior eft paulo &c.* Dacierius putat cum Acrone hic defcribi Virgilii mores, & ingenium; Bentleyus vero Horatii ipfius. Sanado hæc a Poëta conficta, quæ tamen aliquod veftigium Virgiliani pariter, atque Horatiani ingenii oftenderent.

40. *Polypus* eft carnis tuber nafo adherens, multifque quafi ramulis divifus. Nonnulli ajunt *Agnem* fuiffe meretricem fœdiffimam, qua nobilis adolefcens *Balbinus*, non idcirco, quod polypo laboraret, minus delectabatur.

44. *Strabo* eft qui oculos nimium diftortos habet; *pætus* vero qui leviter declinatos.

46. Aliqui putant hunc *Sifyphum* Triumviri Marci Antonii fuiffe filium, bipedalem hominem, fed ingenii admodum perfpicui, atque ideo dictus Sifyphus, a *Sifypho* Æoli quondam filio, vaferrimo homine a Thefeo interfecto.

47. *Varus*, ille dicebatur, qui furas habebat extrorfum aliquantum intortas. Ex hoc vocabulo Nobiles Romani Cives cognomen habuere,

E degno di gaſtigo. Or ſe i tuoi mali,
Tu che hai gli occhi lippoſi a ſtento ſcorgi;
Perchè intracciando degli amici i vizi
D' Aquila al pari, o d' Epidavrio ſerpe,
Tanto la viſta aguzzi? Quindi avviene,
Che ancor eſſi de' tuoi vadano in traccia.
Avvi tal un più del dover ſdegnoſo,
Con queſta gente a converſar non atto,
Che tanto ha il naſo acuto. Egli beffato
Sarà pel crin mal colto, e per la veſte,
Che di doſſo gli cade, e per le ſcarpe,
Che troppo larghe gli ſtan male in piede.
Eppur sì buono egli è, che un altro a ſtento
Trovar ſi può miglior; è oneſto amico,
E ſotto queſto incolto corpo aſconde
Un grande ingegno. Al ſin te ſteſſo oſſerva,
Se mai natura in te di qualche vizio
Foſſe feconda, o di cattive uſanze,
Poichè nei campi, cui cultura manca,
Naſce la felce deſtinata al fuoco.
Quell' amante imitiam cieco d' amore,
Che dell' amica i gran difetti ſoffre,
E forſe n' ha piacer, come Balbino
Il polipo ſoffria moleſto ad Agna.
Che erraſſimo vorrei nell' amicizia
In ſimil modo, e che a un ſiffatto errore
Poſto aveſſe virtude un nome oneſto.
Come il padre del figlio i falli ſcuſa,
Così non dobbiam noi del noſtro amico
I difetti abborrir, ſe n' ha qualcuno.
Dal padre è detto il figlio loſco aſtuto,
E ſe un figlio ha talun picciolo troppo,
(Qual Siſiffo già fu, nato anzi tempo)
Il dice ſuo piccin. Queſto, che ha ſtorte

Digitized by Google

Balbutit Scaurum, pravis fultum male talis.
Parcius hic vivit? frugi dicatur. Ineptus,
Et jactantior hic pauld eft? concinnus amicis
Poftulat ut videatur; at eft truculentior, atque
Plus æquo liber? fimplex, fortifque habeatur.
Caldior eft? acres inter numeretur. Opinor,
Hæc res & jungit, junctos & fervat amicos.
At nos virtutes ipfas invertimus, atque
Sincerum cupimus vas incruftare. Probus quis
Nobifcum vivit, multum eft demiffus homo. Illi
Tardo cognomen pinguis damus. Hic fugit omnes
Infidias, nullique malo latus obdit apertum?
(Cum genus hoc inter vitæ verfetur, ubi acris
Invidia, atque vigent ubi crimina) pro bene fano,
Ac non incauto, fictum, aftutumque vocamus.
Simplicior fi quis, (qualem me fæpe libenter
Obtulerim tibi Mœcenas), ut forte legentem,
Aut tacitum impellat quovis fermone moleftus:
Communi fenfu plane caret, inquimus. Eheu
Quam temere in nofmet legem fancimus iniquam!
Nam vitiis nemo fine nafcitur: optimus ille eft,
Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut æquum eft,
Cum mea compenfet vitiis bona; pluribus hifce,
(Si modo plura mihi bona funt) inclinet; amari

48. Qui vitio aliquo talorum laborant, quique inflexo talo ambulant nixi, *fcauri* nominabantur; ex qua voce nobiliffimæ Romanorum familiæ factum eft cognomen.

55. Cum vafa erant male cocta, vel aliquid in ipfis erat odoris mali, liniebantur intus oleo quodam, & glutine; unde fiebat incruftatio quædam, & tectorium in ipfo vafe: non vero cum erant proda, & fincera, ideft pura, & incorrupta. Sententia eft: nos actiones bonas, & dotes amicorum inquinamus, eas vitiorum nomine inducendo, & obliniendo.

59. *Latus obdit apertum*, ideft detegit, aut offert. Metaphora ducitur a gladiatoribus, qui cavent inter pugnandum ne quis pateat in fuo corpore vulneri locus.

63. *Qualem me fæpe libenter &c.* In hoc loco *libenter* idem eft, ac parum confiderate; cum voluntati plus, & indoli tribuitur, quam judicio, & prudentiæ.

Ambo le gambe, Varo appella, e quello,
Che mal reggesi in piè, scherzosamente
Nomina Scauro. Noi faciam del pari.
Vive parco costui? frugal sia detto.
Goffo è quest' altro, e vantatore alquanto?
Lo fa, diciam, per comparir faceto.
Libero è questi oltre il dovere, e ardito?
Sia tenuto da noi sincero, e forte.
Quegli è stizzoso? lo direm severo.
Questa cosa, pens' io, gli amici unisce,
E uniti lungo tempo li conserva.
Ma le stesse virtù noi sovvertiamo,
E d' incrostar cerchiamo il vaso intatto.
Vive un giusto fra noi? Diciam, ch' è un uomo
D' animo abbietto. Se quell' altro è tardo,
Rozzo lo nominiam. Costui, che tutte
Fugge le insidie, e d' ogni mal si guarda,
(Poichè a menar la vita è pur costretto
Ove invidia crudel regna, e il delitto)
Anzichè uom guardingo, e non incauto,
Chiamarlo pure osiam finto, ed astuto.
Se alcun semplice troppo (qual può darsi
Ch' io mi ti sia mostrato o Mecenate)
Con qualunque parlar molesto a sorte
Interroghi chi legge, oppur chi pensa:
Costui, diciam, del comun senso è privo.
Contro noi stessi ahi quanto pazzamente
Formiamo ingiusta legge. Poichè niuno
Nasce senza difetti, ottimo è quegli,
Che dei minori è in preda. Il dolce amico
Compensi i vizi miei, com' è pur giusto,
Con le virtudi, e a queste assai maggiori,
(Quando sia ver, ch' io di virtù più abbondi)
Se brama essere amato, egli si pieghi,

Si volet: hac lege, in trutinâ ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat; ignoscat verrucis illius. Æquum est,
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.
Denique quatenus excidi penitus vitium iræ,
Cætera item nequeunt stultis hærentia: cur non
Ponderibus, modulisque suis ratio utitur? ac res
Ut quæque est, ita supplicis delicta coërcet?
Si quis cum servum, patinam qui tollere jussus,
Semesos pisces, tepidumque ligurierit jus,
In cruce suffigat, Labeone * insanior inter
Sanos dicatur. Quanto hoc furiosius, atque
Majus peccatum! Paulum deliquit amicus:
(Quod nisi concedas, habeare insuavis, acerbus)
Odisti, & fugis, ut Drusonem debitor æris:
Qui nisi, cùm tristes misero venere Calendæ,
Mercedem, aut nummos unde unde extricat, amaras
Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.
Comminxit lectum potus, mensave catillum
Evandri manibus tritum dejecit: ob hanc rem,
Aut positum ante meâ quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens, minus hoc jucundus amicus
Sit mihi? Quid faciam, si furtum fecerit, aut si
Prodiderit commissa fide, sponsumve negarit?

Ch'

76. *Denique quatenus excidi &c.* Omnia peccata esse paria docuit Zeno, culpasque omnes eadem pœna puniendas. Hujusmodi sententiam refellere pergit Poeta, & disceptationem festivis admodum, firmisque argumentis exornat.

86. Fœnerator æque, ac pessimus Historicus fuit hic *Druso*, quem Dorighellus *Rusonem* nominat. Debitores suos tanquam captivos, proprios audire commentos, veluti morositatis pœna, vi compellebat.

87. *Calendis* usuræ solvebantur.

90. *Catillum manibus Evandri tritum*, idest (ut Dorighello videtur) cælatum manibus Aulani Evandri Atheniensis figuli a Marco Antonio Romam ducti. Contra Dorighellum stant Dacierius, Juvencius, aliique sic explicantes: Catillum Evandri manibus tritum, nempe ab Evandro antiquissimo Arcadiæ Rege usum. Vox *tritum*, inquit Dacierius, figulo non belle convenit.

95. *Sponsumve negarit*, ideft negarit se spopondisse pro alio.

Digitized by Google

Ch' io con esso userò bilancia eguale.
Chi l' amico oltraggiar non vuol coi morbi,
Scusi le macchie in lui. Che renda è giusto
Anche agl' altri il perdon chi per se il cerca.
Finalmente, giacchè dell' ira il vizio,
E gli altri tutti, che nei stolti han sede,
Non affatto estirpar si ponno, almeno
Delle regole sue, di sue misure
Perchè ragion non usa, e con le pene
Come porta il dover, non frena i falli?
Se alcun quel servo condannasse a morte,
Perchè togliendo dalla mensa un piatto,
I pesci ivi rimasti, e il caldo brodo
Goloso ne assaggiò: costui dai saggi
Chiamar si dee di Labeon più pazzo.
Quanto più sciocca, e maggior colpa è questa?
Mancò alquanto il tuo amico (a cui se neghi
Conceder scusa, dispettoso, e fiero
Sarai tenuto); eppur tu l' odii, e'l fuggi,
Non men, che con Druson fa il debitore,
Il qual, meschin, se da qualcun non trova
O l' usura, o il danaro, onde pagarlo
Allor che il premon le Calende infauste,
Ver lui stendendo come schiavo il collo,
E' costretto ascoltar l' istorie amare.
Talun ben pien lordo il sedile, oppure
Un antico piattel stato d' Evandro
Dalla mensa gettò; per questa colpa,
O perchè prese avendo fame un pollo,
Che sul mio piatto io mi tenea d' avanti,
Ei mi sarà meno gradito amico?
Ma che farei, s' egli rubato avesse,
O tradito il secreto a lui fidato,
Ovver s' egli mancasse alla promessa?

Queis paria esse fere placuit peccata, laborant
Cùm ventum ad verum est; sensus, moresque repugnant,
Atque ipsa utilitas, justi prope mater, & æqui.
Cùm prorepserunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus;
Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,
Nominaque invenere: dehinc absistere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges;
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam* cunnus teterrima belli
Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum,
Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.
Jura inventa metu injusti fateare necesse est
Tempora si, fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest justo secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis:
Nec vincet ratio hoc; tantundem ut peccet, idemque
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus Divûm sacra legerit. Adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne scuticâ dignum, horribili sectère flagello.

96. *Queis paria esse fere placuit &c.* Paria esse peccata idcirco affirmabant Stoici, quod justum, & injustum in natura ipsa fundatum esse sentirent; quæ natura cum eadem in omnibus hominibus reperiretur, erat eadem quoque dignitas justi, & injusti gravitas. Horatius negat justum ab natura oriri, sed ab legibus, quarum originem altius repetit, & ab utilitate publica, quæ quid justum, & injustum sit, maxime demonstravit.

112. *Fasti*. Libri erant in quibus Romani describebant ea, quæ toto anno fierent. Ponebatur initio nomen Consulum.

Color, cui ſembra eguale ogni delitto,
Se il fatto conſultiam, ſono in inganno.
A ciò ripugna il comun ſenſo, e l' uſo,
E il vantaggio onde vien l' oneſto, e il giuſto.
Quando i primi mortai ſu queſta terra,
Qual muto gregge, e ſozzo, ivan carponi
Con l'unghie, e i pugni, per le ghiande, e l'antro
Facean conteſa, indi coi legni, e poſcia
Con quell' armi, che l' uſo avea formate;
Finchè trovaro le parole, e i nomi,
Onde eſprimer le voci, e i lor concetti.
A deſiſtere allora incominciaro
Dall' armi, a munir borghi, a formar leggi,
Che niun foſſe aſſaſſin, ladro, o impudico;
Poichè prima anche d' Elena la Donna
Luttuoſa cagion fu di conteſe.
Ma givan quegli a morte ignota in preda,
Che dal più forte, come toro in greggia,
Venian percoſſi nel rapire a forza
La Donna agli amator comune ancora.
Dunque è dover, che per timor del torto
Tu confeſſi fra noi nate le leggi,
Se i tempi, e i faſti eſamini del Mondo:
Nè dal giuſto dividere l' ingiuſto
Può la natura, come il ben dal male,
E ciò, che fuggir deſſi, oppur cercare:
Nè la ragion ſarà, che tanto pecchi,
E in grado egual, chi dentro l' orto altrui
Teneri cavoli infrange, e chi di notte
A Dei ſuperni i ſacri arredi invola.
V' abbia dunque una legge, che comparta
Giuſta i varj delitti anche le pene;
Nè con orribil ſferza ſia percoſſo
Chi di coreggia è degno: mentre io credo,

Nam, ut ferulâ cædas meritum majora ſubire
Verbera, non vereor; cùm dicas eſſe pares res
Furta latrociniis, & magnis parva mineris
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
Permittant homines. Si dives, qui ſapiens eſt,
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt rex;
Cur optas quod habes? Non noſti quid pater, inquis,
Chryſippus dicat: Sapiens crepidas ſibi nunquam
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens. Quî?
Ut, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator: ut Alfenus vafer *, omni
Abjecto inſtrumento artis, clausâque tabernâ,
Tonſor erat: ſapiens operis ſic protinus omnis
Eſt opifex ſolus, ſic rex. Vellunt tibi barbam
Laſcivi pueri, quos tu niſi fuſte coërces,
Urgeris turba circum te ſtante, miſerque
Rumperis, & latras, magnorum maxime regum.
Ne longum faciam: dum tu quadrante lavatum
Rex ibis; neque te quiſquam ſtipator, ineptum
Præter Criſpinum, ſectabitur; & mihi dulces
Ignoſcent, ſi quid peccâro ſtultus, amici:
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
Privatuſque magis vivam te rege beatus.

125. Mali Stoici ridicule ſane, & inſcite hoc præclarum Zenonis præceptum accipiebant, nempe *Sapientem Regibus antiſtare*. Ipſorum arrogantiam Horatius acriter, & ſalſe illudit.

127. *Chryſippus* Zenonis auditor fuit, Stoicæ ſectæ Philoſophus, quam in multis auxit, atque interpolavit; unde dictum fuit Chryſippum Porticum Stoicorum reſtauraſſe.

137. *Balnea publica* exiſtebant Romæ, in quibus infima plebs lavabatur, *quadrante* ideſt quarta aſſis parte perſoluta. *As* erat decima pars denarii Romani. Denarius quatuor minores ſeſtertios continebat.

139. De *Criſpino* inferioris notæ Philoſopho, atque Poëta ſupra diximus Sat. 1.

Digitized by Google

Che tu non punirai con picciol verga
Chi ſubir meritò maggior gaſtigo;
Sebben tu di', che i latrocinj, e i furti
Son coſe pari, e che con falce eguale
E grandi colpe troncherefti, e lievi,
Se gl' uomini a te ſol deſſero il regno.
Se chi è ſaggio è ancor ricco, e buono artiere,
E ſolo bello, e re; perchè tu cerchi
Quel, che poſſiedi già? Non ſai, riſpondi,
Ciò che il Padre Criſippo afſermi: il ſaggio
Non mai ſi fe' le ſuole, o le pianelle,
Eppure è un abil calzolajo. Come?
Come Ermogene, il qual ſebben non canti,
Pure è cantore, e ſuonatore eſperto;
E come Alfeno aſtuto, allorchè chiuſe
La ſua bottega, e del meſtier gli arneſi
Tutti laſciò, fu calzolajo ancora:
Anche il ſaggio così d' ogni arte è maſtro,
E ſolo eſperto, e re del par può dirſi.
Gl' inſolenti fanciulli a te la barba
Svelgon, cui tu, ſe col baſton non freni,
Da quella turba, che ti gira intorno,
Meſchin, ſarai mal concio, e rovinato;
Sebben tu gridi, o fra gran re il maggiore.
E per finir: mentre a lavarti andrai
Tu, che ſei re, per un quadrante vile,
Non cortigiano alcuno avrai ſeguace,
Tranne il goffo Criſpino. I cari amici
A me perdoneran qualche difetto,
E le lor colpe volentieri anch' io
Saprò ſcuſar, e in mia privata ſorte
Più di te, che ſei re, vivrò beato.

SATIRA IV.

Refutat nonnullos qui maledicos vocant eos Poëtas a quibus juſtè notantur. Ait verò ideo ſe in vitioſos ſtylum diſtringere, ut & ipſis, & ſibimet horrorem incutiat vitiorum.

Eupolis *, atque Cratinus, Ariſtophaneſque poetæ,
Atque alii, quorum comœdia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus ac fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus,
Mutatis tantum pedibus, numeriſque; facetus,
Emunctæ naris, durus conponere verſus.
Nam fuit hoc vitioſus; in hora ſæpe ducentos,
Ut magnum, verſus dictabat ſtans pede in uno:
Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles;
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem,
Scribendi recte: nam, ut multum, nil moror. Ecce
Criſpinus * nummo me provocat: Accipe, ſi vis,
Accipe jam tabulas: detur nobis locus, hora,
Cuſtodes: videamus uter plus ſcribere poſſit.
Dî bene fecerunt, inopis me, quodque puſilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis:

Sat. IV. Ex verſu 132. colligimus Horatium non ætate provectum hanc Satiram ſcripſiſſe. Anno Urb. cond. 727. nempe 38. Horatii nati ipſam fuiſſe exaratam autumat Sanado.

6. *Lucilius* equeſtri, & delphica lauro nobiliſſimus in Campania ortum habuit anno U. C. 605. Bonis moribus quippe præditus vitia inſectari cœpit. 30., & amplius ſatirarum libros ſcripſit, quorum reſtant aliqua tantum fragmenta.

SATIRA IV.

Dimostra d' aver seguito nello scriver Satire la traccia degli antichi Comici Greci, e di Lucilio: poi si difende da quegli, che per i loro difetti trovandosi da lui biasimati, lo incolpavano di soverchia mordacità.

Ed Eupoli, e Cratino, e Aristofane,
E quegli altri Poeti, al cui valore
Deve cotanto la Commedia antica,
Se alcun degno vi avea d' esser ripreso,
Perchè adultero fosse, o ladro, o ingiusto,
O sanguinario, o in altra guisa infame,
Con molta libertà solean notarlo.
Tutta in ciò la beltà stà di Lucilio
Di tai Poeti imitator faceto,
Che metro, e stil solo cangiando, il grido
Ebbe d' uom di buon naso, sebben fosse
Aspro non poco nel comporre i versi.
Egli in questo peccò, che in men d' un' ora
Dugento versi, qual mirabil cosa,
Spesso dettava in piedi; eppure in essi,
Sebben scorresser torbidi, e fangosi,
Degno d' approvazion v' era alcun pregio.
Fecondo nel comporre, ei la fatica
Di ben compor pigro soffriva a stento;
Nè che molto abbia scritto io quì contrasto.
Col picciol dito ecco Crispin mi sfida:
Prendi, dice, le tavole, su prendi;
Luogo si assegni a noi, tempo, e custodi:
Vediam chi di noi due scriver più possa.
Lode agli Dei, che d' alma angusta, e povera,
E di scarso parlar voller formarmi.

At tu conclusas hircinis follibus auras,
Usque laborantes dum ferrum emolliat ignis,
Ut mavis, imitare. Beatus Fannius, ultro
Delatis capsis, & imagine: cum mea nemo
Scripta legat vulgo recitare timentis, ob hanc rem,
Quod sunt quos genus hoc minime juvat; utpote plures
Culpari dignos. Quemvis media arripe turba;
Aut ab avaritia; aut miser ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius ære:
Hic mutat merces surgente a sole, ad eum, quo
Vespertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur, uti pulvis collectus turbine; ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt versus, odere poëtam.
Fœnum habet in cornu: longe fuge. Dummodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et quodcumque semel chartis illeverit, omnis
Gestiet a furno redeuntis scire, lacuque,
Et pueros, & anus. Agedum, pauca accipe contra.
Primum ego me illorum, dederim quibus esse poëtis,
Excerpam numero: neque enim concludere versum

21. *Fannius* cognomine *Quadratus* ridicula vanitate ductus carmina sua in lucem edidit, & exhibuit ipsemet arbitris gloriæ. Augustus enim prope Templum Apollinis Palatini bibliothecam extruxerat, ubi clarorum Poëtarum scripta, & imagines collocarentur. Interdum id honoris dabatur pessimis, & imperitis, ut Fannio contigit per malas artes. Locus hic urbana, & acuta ironia insignis est.

28. *Albium Tibullum* huc sugillari nonnulli opinantur. Dacierio assentientes huic sententiæ discrepamus. Horatius enim de illis loquitur, qui *metuunt versus, atque odere Poëtam*. Quomodo ergo nobilissimo Elegiaco Poetæ hoc convenire potest? Tibullus præterea, cum Flaccus hanc Satiram scripsit, jam vita functus erat.

Romani fœnum alligare solebant cornibus bovum ferocium, ut obvius quisque ab iis caveret. Id in proverbium abiit adversus eos, qui aliis obesse solent.

Ma tu l' aure nel mantice raccolte,
Che fremon nell' uscir, finchè dal fuoco
Resti il ferro ammollito, imitar puoi.
Beato Fannio, a cui spontaneamente
Fur le casse, e l' immagine recata;
Laddove niun legge i miei versi, e al volgo
Di recitarli io temo, poichè a molti,
Che ben degni pur son d' esser ripresi,
Questa di carmeggiar foggia dispiace.
Scegli qualunque vuoi tra il popol folto,
Che il troverai o del guadagno schiavo,
O di meschina ambizione in preda.
Dietro le mogli altrui questi delira,
Quegli dietro ai fanciulli; altri è già preso
Dallo splendido argento. Albio stupisce
De' sculti bronzi; dove sorge il sole,
Fin dove tramontando il suol riscalda,
Questi cangia le merci; anzi animoso,
Qual polvere dal vento in alto spinta,
Ne' periglj si slancia, paventando
Di non perder porzion di sue sostanze,
O sol bramoso d' ampliar gli acquisti.
Tutti costor temono i versi, e in odio
Han me Poeta. Olà gridan, si fugga,
Lungi da lui, che tra le corna ha il fieno:
Purchè in se desti il riso, amico alcuno
Ei non risparmierà, che se mai giunge
Le sue carte a lordar coi nostri errori,
A chi dal forno, a chi dal lago torna,
Ai fanciulli, alle vecchie, al volgo tutto
Noti ben li farà. Di grazia ascolta
Sol pochi accenti ad isgannarti intesi.
Nel numero di quegli in pria non sono,
Cui di Poeta il vanto accordo io stesso;

Dixeris esse satis; neque si quis scribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior *, atque os
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.
Idcirco quidam, Comœdia, necne poëma
Esset, quæsivere: quod, acer spiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus inest; nisi quod pede certo
Differt sermoni, sermo merus. At pater ardens
Sævit, quod meretrice nepos insanus amica
Filius, uxorem grandi cum dote recuset;
Ebrius & (magnum quod dedecus) ambulet ante
Noctem cum facibus. Numquid Pomponius istis
Audiret leviora, pater si viveret? ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis;
Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem
Quo personatus pacto pater. his ego, quæ nunc,
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa, modosque, & quod prius ordine
verbum est,
Posterius facias, præponens ultima primis;
Non (ut si solvas, *postquam discordia tetra* *

45. *Comœdia nec ne poëma &c.* Utrum Comœdia in Poëmatum album referenda sit, quæstio etiam num viget non facillime definienda.

48. *At pater ardens sævit &c.* Objectio est. Comœdia interdum assurgit; ut in Terentium, Damea in filium Æschinum tam graviter, & acerbe invehitur, ut nulla desideretur major vis, nulla elocutio, nullus impetus (Vide Adelphos Terentii).

52. *Numquid Pomponius &c.* Objectioni respondet Horatius, atque interim *Pomponium* perditis moribus adolescentem egregie carpit. Hujusmodi vis, ait, quem in Comœdia interdum laudamus, in ipsa rerum agendarum natura inest, adeo ut Pater Pomponii non levioribus verbis in familiari sermone filium alloqueretur, si viveret, quam Demea Æschinum.

Poichè tu non dirai, che ſia baſtante
Pochi verſi accozzar; nè s' alcun ſcriva
Con ſtile al par di me proſaico, e baſſo,
Queſti tu penſerai eſſer Poeta.
Chi ha grande ingegno, e mente alta, e divina,
E bocca atta a cantar coſe ſublimi,
Da te l' onor di queſto nome ottenga.
Chieſer molti perciò ſe la Commedia
Foſſe Poema, o nò; poichè tal forza,
E tal ſpirto divino alle parole
Manca, e alle coſe: ſe non che è diverſo
Pel numero coſtante, onde riſuona,
Dal comun favellar queſto linguaggio.
Ma ſdegnato tal volta infuria il Padre,
Perchè il figlio di lui laſcivo, e cieco
Per un' amica meretrice impazzi,
Ricuſando la moglie, e l' ampia dote,
E pria di notte coi fanali acceſi,
(Ciò, ch' è gran diſonor) giri ubbriaco.
Forſe Pomponio men ſeveri udrebbe
Del proprio Padre, s' ei viveſſe, i detti?
Con ſcelte parolette adunque il verſo
Scriver non baſta, il qual ſe in proſa ſciogli,
Ciaſcun rabbia n' avrà, del pari a lui,
Che del Padre ſoſtiene il perſonaggio.
Se il numero, ed il ſuon toglieſſi a queſti
Verſi, che già Lucilio, ed ora io ſcrivo,
E quella, ch' era in ordine la prima
Parola, per te foſſe ultima poſta,
Le eſtreme anteponendo alle primiere:
Non più le membra del Poeta infranto
Ritroveresti; non così ſciogliendo
Queſti, ch' Ennio laſciò, verſi immortali:
Poichè di guerra la diſcordia tetra

Belli ferratos postes, portasque refregit)
Invenias etiam disjecti membra poëtæ.
Hactenus hæc: aliàs justum sit, necne poëma,
Nunc illud tantum quæram; meritone tibi sit
Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauci male, cumque libellis;
Magnus uterque timor latronibus: at bene si quis
Et vivat puris manibus; contemnat utrumque.
Ut sis tu similis Cæli, Birrique latronum;
Non ego sim Capri, neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,
Queis manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigelli:
Nec recitem quicquam, nisi amicis, idque coactus;
Non ubivis, coramve quibuslibet. in medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi; quique lavantes:
Suave locus voci resonat conclusus. inanes
Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno. Lædere gaudes,
Inquis, & hoc studio pravus facis. Unde petitum
Hoc in me jacis? est auctor quis denique eorum
Vixi cum quibus? absentem qui rodit amicum;
Qui non defendit, alio culpante; solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis;
Fingere qui non visa potest; commissa tacere
Qui nequit; hic niger est: hunc tu, Romane, caveto.

65. *Sulcius acer, & Caprius &c.* Delatores erant accerrimi *Sulcius*, & *Caprius*; e contra *Celius*, & *Birrus* famosi latrones.

71. Prope *Tabernas*, idest librarias officinas, postes erant, vel columnæ, ubi libri venales affigi solebant. De Hermogene Tigello vide superius Sat. III.

Le porte infranse, e i ferrei cancelli.
Basti per or. Se la Commedia sia
Giusto Poema, o no, vedremo altrove.
Ora sol cerco, se a ragion quest' uso
Di verseggiar, ti possa esser sospetto.
Rauchi per l' accusar girano intorno
Coi lor libelli il fiero Sulcio, e Caprio,
E sono ai ladri gran spavento entrambi;
Ma se alcun vive onestamente, e vanta
Pure le man, disprezzerà amendue.
Benchè simil tu fossi a Celio, e a Birro,
Ch' erano ladri, io non son Caprio, o Sulcio;
Perchè dunque mi temi? I scritti miei
Non ha bottega, oppur colonna alcuna,
Cui possa il volgo, o Ermogene Tigello
L' unte mani accostar. Fuorchè agli amici
Non li leggo a veruno, e ciò sforzato,
Nè in ogni luogo, o chicchessia presente.
Molti vi son, che in mezzo al Foro i versi
Godon di recitare, e dentro i bagni,
Poichè la voce in luogo chiuso intorno
Dolce risuona. Questo aggrada ai pazzi,
Che non cercan se ciò faccian con senno,
O fuor di tempo. Altrui morder ti piace,
Mi dici, e il fai maligno a bello studio.
Ciò, che rinfacci a me d' onde il prendesti?
Chi il disse fra color, cui vissi insieme?
Colui, che rode il non presente amico,
Chi dall' accusa altrui non lo difende,
Chi destar cerca molto riso in altri,
E di pronto, e loquace affetta il vanto;
Chi ha l' arte d' inventar ciò, che non vide,
Chi il segreto affidato altrui non cela,
Questi è fellon; questi, o Roman, tu schiva.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos;
E quibus unus amat quavis aspergere cunctos,
Præter eum,qui præbet aquam: post hunc quoque potus,
Condita cum verax aperit præcordia Bacchus.
Hic tibi comis, & urbanus, liberque videtur,
Infesto nigris: ego si risi, quod ineptus
Pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum,
Lividus, & mordax videar tibi? mentio siqua
De Capitolini furtis injecta Petilli *
Te coram fuerit; defendas, ut tuus est mos:
Me Capitolinus convictore usus, amico-
que a puero est, causaque mea permulta rogatus
Fecit; & incolumis lætor quod vivit in Urbe:
Sed tamen admiror, quo pacto judicium illud
Fugerit. Hic nigræ succus loliginis, hæc est
Ærugo mera: quod vitium procul absore chartis,
Atque animo prius, ut si quid promittere de me
Possum aliud vere, promitto, Liberius si
Dixero quid, si forte jocosius; hoc mihi juris
Cum venia dabis. insuevit pater optimus hoc me,
Ut fugerem exemplis vitiorum quæque notando.
Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mî ipse parasset:
Nonne vides, Albî ut male vivat filius *, utque
Barus inops *? magnum documentum, ne patriam rem

86. Terni in quolibet *lecto* accumbere solebant Convivæ: in magna vero discumbentium frequentia, quatuor etiam in singulo lecto numerabantur. E tribus lectis simul sumptis constabat *Triclinium*.

88. *Præter eum, qui præbet aquam*. Jocus in verbis. Qui convivium parabat, balneum quoque convivis præbebat; Ordo est: *amet quavis frigida cunctos adspergere, præter eum, qui aquam præbet tepidam. Frigidam alicui suffundere*, est deridere aliquem.

89. Dulcis imago eleganti versu expressa.

91. *Infesto nigris*, idest tibi infesto, qui improbos odio habes.

92. Repetit versum hunc, quem vidimus in Satira secunda. Hinc Poeta parvi pendebat Rufilli, & Gargonii offensionem.

100. *Hic nigræ succus loliginis*. Piscis est *loligo* succum atrum in aqua ore effundens, ne a piscatoribus videri, & capi possit.

Su tre letti seder spesso alla mensa
Vedrai dodici amici, uno fra quali
Cerca come più può dir mal di tutti,
Fuor di chi porge l' acqua, e poscia anch' esso
Prova il suo fiel, quando il verace Bacco
Gli disserra del cor tutti i secreti.
A te nemico de' malvaggi, urbano,
Costui rassembra, e schietto, e s' io scherzai
Perchè quasi impazzito, di pomate
Spira Rufilio odor, Gargonio d' Irco,
Ti sembro in vece livido, e mordace?
Se di Capitolin Petilio i furti
Rammentasse qualcuno in tua presenza,
Giusta il tuo stil, così ei saria difeso:
Io di Capitolin fin da fanciullo
Fui compagno, ed amico, e molto ei fece
Pregato a mio riguardo, e mi rallegro,
Che viva sano in Roma; pur stupisco
Come quella sentenza abbia fuggito.
Questo è pur succo di loligin negra,
Quest' è ruggine schietta; il qual difetto
Pria dall' animo mio, poi da' miei scritti
Lungi a segno sarà, che s' altro io posso
Promettere di me, questo prometto.
Se mai cosa dirò libera alquanto,
Ovver giocosa, mi darai, lo spero,
Insieme col perdon, dritto di farlo.
Perch' io schivassi il vizio, il mio buon Padre
A notar mi avvezzò gli esempi altrui;
E quando m' esortava a viver parco,
E frugalmente, e di ciò sol contento,
Ch' ei raccolto m' avea, dicea: non vedi
Qual viva a stento d' Albio il figlio, e come
Barro meschin? Gran documento agli altri

Perdere quis velit. A turpi meretricis amore
Cum deterreret: Scetani dissimilis sis.
Ne sequerer mœchas, concessa cum venere uti
Possem: deprensi non bella est fama Treboni,
Ajebat: sapiens, vitatu quidque petitu
Sit melius, caussas reddet tibi: mî satis est, si
Traditum ab antiquis morem servare, tuamque,
Dum custodis eges, vitam, famamque tueri
Incolumem possum. simul ac duraverit ætas
Membra, animumque tuum, nabis sine cortice. Sic me
Formabat puerum dictis: & sive jubebat
Ut facerem quid, habes auctorem, quo facias hoc:
Unum ex judicibus selectis objiciebat:
Sive vetabat; an hoc inhonestum, & inutile factu,
Necne sit, addubites, flagret rumore malo cum
Hic, atque ille? Avidos vicinum funus ut ægros
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitiis. ex hoc ego sanus ab illis,
Perniciem quæcumque ferunt: mediocribus, & queis
Ignoscas vitiis, teneor. Fortassis & istinc
Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus,

Di

112. *Sectanus*, vel *Scetanus*, ut legit Dorighellus, honorem, divitias, sanitatem, meretricum amore pe didit.

114. *Trebonius* in adulterio deprehensus, testes, caudamque salaoem amisit.

120. *Nabis sine cortice*. Methapora ducitur a pueris, qui corticis ope, ac suberis natare discunt.

126. *Avidos vicinum funus ut ægros &c.* Pulcra comparatio. Timor mortis efficit ut intemperantes ægri abstineant cibo: ita eorum exempla, qui vitiorum causa ad extremam miseriam redacti sunt, cæteros in officio retinere debent.

Di non disperder le paterne entrate.
Quando dal turpe amor di donna infame
Spaventar mi volea: figlio, gridava,
Guardati d' imitar Settano infermo.
Acciò le mogli altrui non seguitassi,
Potendo usar de' non vietati amori:
Del sorpreso Trebon quanto è mai turpe,
Dicea, la fama. Renderatti il saggio
Ragion di ciò, che di schivar sia meglio,
O sia meglio abbracciar; a me sol basti
De' buoni antichi proseguir le usanze,
E mentre ancora di custode hai d' uopo,
La vita con l' onor sani serbarti.
Tosto ch' abbia l' età delle tue membra,
E del tuo spirto rinforzato il nerbo,
Solo tu nuoterai senza sostegno.
Così fanciullo m' erudia co' detti,
E quando alcuna cosa m' imponeva,
Uno fra scelti giudici additando,
Hai di far ciò, dicea, l' autore innanzi;
Quando poi la vietava, ecco i suoi sensi:
Dubiti ancor se inutil cosa, o indegna
Sia questa, o no, mentre s' ascolta intorno
Un pessimo rumor di questo, e quello?
Come la nuova d' un vicin defunto
Turba i golosi infermi, e ad esser parchi
Per timor della morte anco li sforza,
Così l' infamia altrui spesso dai vizi
Stacca la gioventù docile ancora.
Di quei vizj perciò lordo non sono,
Che apportano rovina, e sol de' lievi,
Che tu scusar vorrai, mi trovo in preda.
Forse di questi ancor la lunga etade,
O l' amico sincero, o il proprio senno

Consilium proprium. Neque enim, cum lectulus, aut me
Porticus * excepit, desum mihi: Rectius hoc est:
Hoc faciens vivam melius: sic dulcis amicis
Occurram: hoc quidam non belle: numquid ego illi
Imprudens olim faciam simile? Hæc ego mecum
Conpressis agito labris, ubi quid datur otj,
Illudo chartis; hoc est mediocribus illis
Ex vitiis * unum: cui si concedere nolis,
Multa Poëtarum veniet manus, auxilio quæ
Sit mihi (nam multo plures sumus) ac veluti te
Judæi *, cogamus in hanc concedere turbam.

SATIRA V.

Facete describit iter suum ab urbe Roma Brundusium usque.

EGRESSUM magna me excepit Aricia Roma
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus,
Græcorum longe doctissimus: inde Forum Appi *,
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos
Præcinctis unum: minus est gravis Appia * tardis.
Hic ego propter aquam, quod erat deterrima, ventri

Sat. V. Scripta fuit hæc Satira anno Urbis Conditæ 717, Horatii nati 28. Bis actum fuisse refert historia de consociandis Octavii, & Antonii animis, primum quidem anno 714; iterum 717. Pacis fœdera Brundusii proposita, tandem Tarenti per Octaviam firmata sunt. Mæcenas, qui semper auctor pacis fuit, si Dorighello credimus, secunda vice comitem secum duxit Horatium. Dacierius Dorighello contradicit.

1. *Aricia* oppidum in via Appia, per quam Romæ iter est Brundusium.

2. *Eliodorus* Grammaticus inter Græcos dissertissimus.

Liberarmi saprà, mentre qualora
Nel letto io giaccio, o il portico trascorro,
A me stesso non manco, anzi sì dico:
Questo è più giusto assai; così facendo
Meglio vivrò; così a' miei dolci amici
Sarò più accetto: quest' azion cert' uno
Non ben compì; sarebbe mai che un giorno
Al par di lui fossi imprudente anch' io?
Tai cose, ed altre a chiuse labbra io soglio
Volgere in mente, e se alcun poco trovo
D' ozioso tempo colle carte io scherzo.
Uno quest' è fra miei vizi mediocri,
Cui se ricusi d' accordar perdono,
Sorgerà di Poeti in mia difesa
Un denso stuol, poichè siam molti, e molti,
E al pari de' Giudei colmi di sdegno,
Entrar ti sforzeremo in questa turba.

SATIRA V.

Con singolar leggiadria descrive un certo suo viaggio da Roma a Brindisi in compagnia di Mecenate.

Dalla gran Roma uscito, angusto albergo
Aricia mi prestò. Eliodoro;
Che fra i Retori Greci oggi è il più dotto,
Era con me; summo poi d' Appio al Foro
D' osti maligni, e di nocchier ripieno.
Noi più lenti a viaggiare in due giornate
Partimmo un tal cammin, che da' più snelli
Si compie in un sol giorno. L' Appia strada
A chi tardo procede è men molesta.
Io quì, perchè trovai pessima l' acqua,
Tengo il ventre in gastigo; e mal contento

Indico bellum, cœnantes haud animo æquo
Exspectans comites. Jam nox inducere terris
Umbras, & cœlo diffundere signa parabat.
Tum pueri nautis, pueris convicia nautæ
Ingerere. Huc adpelle: trecentos inseris: ohe!
Jam satis est. Dum æs exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora: mali culices, ranæque palustres
Avertunt somnos. absentem ut cantat amicam
Multâ prolutus vappâ nauta, atque viator
Certatim: tandem fessus dormire viator
Incipit; ac missæ pastum retinacula mulæ
Nauta piger saxo religat, stertitque supinus.
Jamque dies aderat, nil cum procedere lintrem
Sentimus: donec cerebrosus prosilit unus,
Ac mulæ, nautæque caput, lumbosque saligno
Fuste dolat; quarta vix demum exponimur hora.
Ora, manusque tuâ lavimus, Feronia, lymphâ.
Millia tum pransi tria repimus; atque subimus
Impositum saxis late candentibus Anxur *.
Huc venturus erat Mœcenas, optimus atque
Coccejus, missi magnis de rebus uterque
Legati; aversos soliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere; intereà Mœcenas advenit, atque
Coccejus, Capitoque simul Fontejus, ad unguem

12. *Huc adpelle &c.* Nautarum, & viatorum voces inter se, ut fit, discrepantium.

24. *Feronia* locus erat, ubi hæc Dea Templum habebat, prope quod aliqua existebant diversoria: erat in agro Suessæ Pomætiæ 24. Mill. pass. longe a Foro Appii.

28. *Coccejus Nerva* celeberrimus erat Jurisconsultus, qui anno U. C. 718. Consulatum obtinuit. Nervæ Imperatoris avus fuit.

30. *Collyrion* est medicamentum contra Ophthalmiam. Ipso illinuntur occuli ad humorem siccandum quo laborant Lippi. Hujusmodi Collyrion vulgus Pharmacopolarū *Magdaleonem* vocat.

32. *Fontejus Capito* Marci Antonii consuetudine devictus erat. Eques, & Jurisperitus clarissimus, qui Sabinianorum sectæ primordia fecit. Anno U. C. 765. Consulatum obtinuit.

I miei compagni dalla cena aspetto.
Già la notte a coprir d' ombre la terra
S' apparecchiava, e il Ciel spargea di stelle;
Quando i servi ai nocchieri, e questi a quegli
Dissero ingiurie. Quà la nave accosta:
Già troppo è carca; o là ti basti omai.
Mentre il danar si esige, mentre al legno
Legan la mula, un' ora intera è scorsa.
Le moleste zanzare, e le palustri
Garrule rane caccian lungi il sonno.
Pien di fracido vin l' assente amica
Canta il nocchiero, e il viandante a gara;
Stanco alla fine s' abbandona al sonno
Il viandante, e il nocchier pigro a un sasso
La corda annoda della mula, e intanto,
Ch' ella pascendo va, supino ei russa.
L' aurora era omai giunta, allorchè niente
Procedere la barca ognun s' accorse.
Salta fuori cert' un pronto allo sdegno,
E alla mula, e al nocchier le spalle, e il capo
Con un salce percuote: alfin di nave
Usciam dopo quattr' ore, e volto, e mani,
O Feronia, laviam colle tue linfe:
Poi tre miglia da noi si fero a stento,
Perchè pasciuti, e ad Ansure arrivammo,
Che sopra sassi biancheggianti è posta.
L' ottimo Mecenate in questo luogo,
E Coccejo con lui dovea venire,
Spediti di gran cose arbitri entrambi,
E usati a riunir discordi amici.
Quì ad unger cominciai con negri empiastri
Questi sempre piangenti occhi mal sani;
Mecenate arrivò, e Coccejo intanto,
E insieme ad essi Capiton Fontejo,

Factus homo; Antonî, non ut magis alter, amicus.
Fundos * Aufidio Lusco prætore libenter
Linquimus, insani ridentes præmia scribæ,
Prætextam, & latum clavum, prunæque batillum *.
In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,
Murena præbente domum *, Capitone culinam.
Postera lux oritur multo gratissima: namque
Plotius * & Varius Sinuessæ, Virgiliusque
Occurrunt; animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter.
O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim jocundo sanus amico.
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit, & parochi *, quæ debent ligna, salemque.
Hinc muli Capuæ * clitellas tempore ponunt.
Lusum it Mæcenas, dormitum ego, Virgiliusque:
Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.
Hinc nos Cocceii recipit plenissima villa,
Quæ super est Caudî cauponas. nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam, Messîque Cicirri,
Musa, velim memores: & quo patre natus uterque
Contulerit lites. Messî clarum genus Osci:
Sarmenti domina exstat. ab his majoribus orti

37. Formia (oppidum in agro Laurenti prope Cajetam, hodie *Mola*) dicitur *urbs Mamurrarum*, quia *Mamurra* equites romani nobilissimi ex ea erant oriundi.

45. *Proxima Campano ponti quæ villula*. Hic pons Campaniæ non erat primus, quem venientes e Latio offendebant. Fortasse erat Pons Casilini super Vulturnum.

49. Virgilius stomachi laborabat cruditate, Horatius occulorum fluxu.

51. *Cauponæ Claudi*, vel *Caudi*, ut cæteri legunt, si Dorighellum excipias, oppidum eformabant in regione Hirpinorum, hodie *Arpaja* in Principatu ulteriori. Distabat Capua 20. Mill. pass.

52. Libertus quidam fuit *Sarmentus* Octavii Scurra, de quo Juvenalis Sat. V., & Plutarchus in vita Marci Antonii verba faciunt. Homunculus servus erat *Messius Cicerrus* ex Mæcenatis bajulatoribus.

54. *Osci* populi in Campania comptis moribus, & lingua famosi. Hinc mores *osceni*, idest omni labe inquinati.

Uomo perfetto, e sì d' Antonio amico,
Che forse in ciò non ha l' eguale in Roma.
Fondi lasciammo volentieri, in cui
Aufidio Lusco era Pretor, beffando
D' un pazzo Scriba i premj, la pretesta,
Il laticlave, ed il carbone ardente.
De' Mamurri dappoi nella cittade
Stanchi restammo, poichè a noi Murena
Prestò l' albergo, e Capiton la mensa.
Sorse molto più grato il dì seguente,
Poichè Plozio, e Virgilio, e Vario incontro
A Sinvessa ne furo, alme sì belle,
Che le più oneste non produsse il mondo,
Cui niuno più di me d' amore è stretto.
Oh quai gli amplessi, e quanto furo i gaudj!
Niente a un giocondo amico io paragono,
Quando ho sano il cervello. Alloggio dienne
Quella al Ponte Campan villa vicina,
E i Parrochi ne dier, come è dovere,
La legna, e il sal. Di quà per tempo i muli
Giunsero a Capua, e si sgravar dei basti.
Mecenate a giuocar, Virgilio, ed io
Gimmo a dormir, che della palla il giuoco
Ai lipposi è contrario, e agl' indigesti.
Di quà partiti ne albergò la villa,
Che di Caudio sovrasta alle osterie,
Cui Coccejo arricchì d' ogni abbondanza.
Io bramerei, che in pochi detti, o Musa,
Di Sarmento buffon mi rammentassi,
E di Messio Cicirro ora il contrasto,
E di quai genitor nati ambedue,
Movesser lite. Dieron gli Osci a Messio
L' origin chiara. Di Sarmento ancora
Esiste la padrona. Ora prodotti

Ad pugnam venere. Prior Sarmentus; Equi te
Esse feri similem dico. Ridemus: & ipse
Messius, Accipio: caput & movet. O, tua cornu
Ni foret execto frons, inquit, quid faceres; cum
Sic mutilus miniteris? at illi fœda cicatrix
Setosam lævi frontem turpaverat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus,
Pastorem saltaret uti Cyclopa *, rogabat:
Nil illi larvâ, aut tragicis opus esse cothurnis.
Multa Cicirrus ad hæc: Donasset jamne catenam
Ex voto Laribus, quærebat: scriba quod esset,
Deterius nihilo dominæ jus esse; rogabat
Denique, cur umquam fugisset; cui satis una
Farris libra foret, gracili sic, tamque pusillo.
Prorsus jocunde cœnam produximus illam.
Tendimus hinc rectà Beneventum; ubi sedulus hospes
Pene arsit, macros dum turdos versat in igni.
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, summum properabat lambere tectum.
Convivas avidos cœnam, servosque timentes
Tum rapere, atque omnes restinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Appulia notos

60. *At illi Fœda cicatrix &c.* Campani ob intemperantiam papulis, & turpi morbo fronte laborabant. Quæstio hinc orta inter Medicos quosdam Mediolanenses, utrum Horatius *Campanum* hunc *morbum* nominans, luem veneream designaverit: conviciis æque, ac futilibus conjecturis certant clinici; adhuc sub judice lis est.

71. *Beneventum* urbs in regione Hirpinorum 8. mill. pass. distabat a Caudio.

Digitized by Google

Da sì illuſtri maggior vennero a fronte.
Parlò Sarmento il primo. Tu mi ſembri
A un feroce deſtrier ſimile affatto.
Tutti ridiamo, e Meſſio iſteſſo, è vero,
Riſponde, e crolla per lo ſdegno il capo.
Ma il primo. O che fareſti ſe non foſſe
Tua fronte inerme per le corna infrante,
Mentre mozzo così, tanto minacci?
Poichè ſozza ferita aveagli guaſta
La manca parte della fronte irſuta:
E ſchernitolo aſſai pel brutto volto,
E pel morbo Campano, lo pregava,
Acciò ſaltaſſe qual Paſtor Ciclope,
Dicendo, a lui non biſognar la larva,
O il tragico Coturno. A queſti inſulti
Molte coſe riſpoſe anche Cicirro.
Chiedea ſe non ancor la ſua catena
Avea ſoſpeſa ai Dei Penati in voto;
Poichè, ſebben foſſe Scrivan, men dritto
Non godea ſu di lui la ſua padrona.
Cercava in fine, perchè mai fugiſſe,
Che a lui gracile tanto, e sì piccino,
Una libra di farro era baſtante.
Lietamente così femmo più lunga
Tal cena; a Benevento indi paſſammo
Per dritta ſtrada, ove il ſollecit' oſte
Quaſi abbrugiò, mentre volgendo al fuoco
I magri tordi, inſtabil fiamma intorno
Sì ſparſe per la vecchia arſa cucina,
Che a toccar s' affrettava il ſommo tetto.
Gli oſpiti ingordi, e i timoroſi ſervi
Rapir la cena allor veduto avreſti,
E correr tutti ad ammorzare il fuoco.
Da queſto luogo Appulia mia comincia

Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Numquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici
Villa recepiſſet, lacrimoſo non ſine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.
Hic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam
Ad mediam exſpecto noctem: ſomnus tamen aufert
Intentum veneri: tum immundo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculant, ventremque ſupinum.
Quatuor hinc rapimur viginti & millia rhedis,
Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt,
Signis perfacile eſt. venit viliſſima rerum
Hic aqua; ſed panis longe pulcherrimus, ultra
Callidus ut ſoleat humeris portare viator:
Nam Canuſi lapidoſus; aquæ non ditior urna;
Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim.
Flentibus hic Varius diſcedit mœſtus amicis.
Inde Rubos feſſi pervenimus; utpote longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Poſtera tempeſtas melior, via pejor, ad uſque
Bari* mœnia piſcoſi. dein Gnatia lymphis
Iratis exſtructa dedit riſuſque, jocoſque:
Dum flammis ſine, tura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit. credat Judæus Apella,
Non ego; namque Deos didici ſecurum agere ævum;

78. *Atabulus* idem ac Japix ventus, qui teſte Plinio (*lib.* 17.) *frigore exurit arefaciens*. Vocant Itali *Ponente maeſtro*.

79. *Trivici* oppidum in finibus Campaniæ ſitum eſt.

87. *Manſuri oppidulo &c.* Interpretes ajunt hanc Urbeculam *Eutraelitium* eſſe, ſive *Equotutium*, hodie *Ariano*. Dorighellus vero huic opinioni minime adhæret. Quid vero ſentiendum, neque ipſe audet affirmare.

91. *Canuſium* parva civitas, quam interfluit Aufidus torrens prope *Cannas*. Eam Diomedes poſt bellum Trojanum ædificaſſe narrant, cum Dauni filiam in Appulia connubio ſuſcepit. Dorighellus hunc verſum ordine 92. *Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim*, omnino expungendum eſſe contendit.

94. *Rubi* parvum Apuliæ oppidum 20. mill. paſs. Canuſio diſſitum.

100. In Judeorum libris leguntur hujuſmodi prodigia de ſacrificiis, & victimis ignem ſua ſponte concipientibus; quæ cauſa fuit cur hoc Judeis perſuaderi poſſe diceret Horatius, non ſibi.

A mostrarmi quei monti a me ben noti,
Che Attabulo danneggia, e a cui saliti
Non saremmo giammai, se di Trevico
Non ci accoglieva la vicina villa,
Non senza fumo, che ne astrinse al pianto
Ardendo il fuoco umidi rami, e foglie.
Fino alla mezza notte io quì impazzito
Una Donzella menzognera aspetto;
Pur mi distoglie dagli amori il sonno,
E dell' ingrata mi presenta il volto
Morfeo pietoso, e mi compensa i danni.
Per ventiquattro miglia indi scorremmo
Nè cocchi assisi per fermarci a un luogo,
Che non può dirsi in verso, e facilmente
Cogli indizj si puote. Ivi si vende
L' acqua, che fra le cose è la più vile,
Ma il pan vi è così bello, che lo compra
L' accorto viaggiatore, e sulle spalle
Ben volentier lo porta, che in Canusio
Dal forte Diomede un tempo eretto
E' assai pesante, e non più sana è l' acqua.
Vario di quà mesto partì, lasciando
Lagrimosi gli amici. Indi stancati
Per il lungo cammin, che dalla pioggia
Era impedito assai, giugnemmo a Rubi.
Fu miglior l' altro dì; peggior la strada,
Fino alle mura del pescoso Bari.
Cagion quindi ne fu di riso, e giuoco,
Gnazia formata delle fonti ad onta;
Mentre vuol persuader, che senza fiamma
Nel sacro limitare arda l' incenso.
Lo creda pure il circonciso Ebreo,
Non io; poichè imparai vivere i Numi
Tranquillamente, nè se fa natura

Nec, si quid miri faciat Natura, Deos id
Tristes ex alto cœli demittere tecto.
Brundusium longæ finis chartæque, viæque.

SATIRA VI.

Vera nobilitas non generis splendore, aut avorum titulis metienda; sed virtute, & honestate morum.

NON, quia, Mœcenas, Lydorum * quicquid Etruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te;
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint;
Ut plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos, ut me libertino patre natum.
Cum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus *: persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem Tulli * atque ignobile regnum,
Multos sæpe viros nullis majoribus ortos
Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos:
Contra, Lævinum, Valerî * genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulsus fugit, unius assis
Non umquam pretio pluris licuisse, notante
Judice, quo nosti, populo: qui stultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ servit ineptus;
Qui stupet in titulis, & imaginibus. quid oportet *
Nos facere, a vulgo longe, longeque remotos?
Namque esto: populus Lævino mallet honorem,

Sat. VI. Hæc Satira est Horatii Apologia contra suos adversarios, qui cum eidem Mœcenatis gratiam inviderint, in eo toti erant, ut e tanto fortunæ statu Poëtam dejicerent; idcirco generis humilitatem ei continuo exprobrabant. Videtur Sanadoni scriptam fuisse Satiram hanc post Virgilii, Variique mortem, nempe post annum U. C. 735. sed Horatius multis jam annis antea invidos omnes silere jusserat, vocavitque se *invidia majorem*; ad annum ergo U. C. 728. Horatii nati 39. referendam esse putamus.

Digitized by Google

Qualche prodigio, io vuò pensar, che giuso
Lo mandino dal Ciel gli Dei crucciosi.
Fu del lungo cammin Brindisi il fine,
E della lunga carta il sia pur anche.

SATIRA VI.

Che la vera nobiltà non negli onori, o nelle ricchezze consiste, ma solo nella virtù.

NON perchè niuno più di te sia chiaro
Fra i Lidi, che abitar le spiaggie Etrusche,
Nè perchè tali avesti avi, che un tempo
Su di grandi legion tennero impero,
Disprezzi tu, com' è di molti usanza,
Gl' uomini oscuri qual son io, Mecena,
Di padre libertin povero figlio.
Mentre neghi importar di qual sia nato
Padre ogni uomo, purchè onesto ei sia,
Ben mostri, e con ragion d' essere istrutto,
Che pria di Tullo, e del suo ignobil regno
Molti sovente di lignaggio abbietto
E visser giusti, e d' ampi onor fregiati.
All' incontro Levin da lui disceso,
Che il superbo cacciò Tarquinio in bando,
Più d' un sol asse non fu mai stimato
Anche a giudizio della sciocca plebe,
Plebe a te nota, che gli onor comparte
Spesso agli indegni, serve al grido, e incontro
Ai titoli, e all' immagini stupisce.
Ecchè dunque farem noi, che dal volgo
Siam rimoti così? Fingiam, che i gradi
A Levino accordare il popol voglia,
Più che all' ignobil Decio, e che discacci

Quam Decio mandare novo *: Censorque moveret
Appius, ingenuo si non essem patre natus:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru.
Non minus ignotos generosis. Quo tibi, Tilli *,
Sumere depositum clavum, fierique tribunum?
Invidia accrevit, privato quæ minor esset.
Nam ut quisque insanus nigris medium inpediit crus
Pellibus, & latum demisit pectore clavum,
Audit continuo; Quis homo hic, aut quo patre natus?
Ut si qui ægrotet quo morbo Barrus, haberi
Ut cupiat formosus; eat quacumque, puellis
Injiciat curam quærendi singula; quali
Sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, cives, Urbem sibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra Deorum;
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare, & quærere cogit.
Tune Syri, Damæ, aut Dionysi filius *, audes
Dejicere e saxo cives, aut tradere Cadmo?
At Novius collega gradu post me sedet uno:
Namque est ille, pater quod erat meus. Hoc tibi Paulus *,
Et Messala videris? at hic, si plostra ducenta *,
Concurrantque foro tria funera, magna sonabit
Cornua, quod vincatque tubas: saltem tenet hoc nos.

21. *Appius* de quo supra Sat. V. ponitur pro quolibet Censore rigidissimo.

22. *In propria non pelle quiessem*. Ducitur metaphora ab asello Æsopiano, qui leonis pellem indutus, leonisque affectans animum, detectus, & irrisus est.

27. *Nigris medium impediit crus*. Calcei Senatorum *pellibus* constabant *nigris*, & ad medium usque crus lo-
ris revinciebantur. Hoc calceaminis genus vocabatur etiam *mulleus*, a verbo *mullare* pro *suere*.

30. De *Barro* supra diximus Sat. IV.

39. *Cadmus* nomen est carnificis ea tempestate noti.

40. Fingit Tillium hæc objicere. *At Novius Collega &c.* Novii duo fratres erant liberti. De minore natu nomine *Novius Niger*, loquitur Poeta. Fuit ille Senator, & Tribunus Plebis, quemadmodum Tillius.

Me dal Senato Appio Censor qualora
Da ingenuo genitor nato non sia:
Lagnarmi io non potrei, perchè contento
Non sarei stato della propria pelle.
Ma i nobili non men, che i vili trae
La gloria avvinti al fulgido suo carro:
Acchè Tillio cercar gli onor deposti,
E Tribun diventar? Crebbe l' invidia,
Che te privato morderia men fiera;
Poichè mentre taluno in negre pelli
Le gambe, e i pie' pazzo racchiuse, e il petto
Del Laticlave ornò, dirsi ode allora:
E chi è quest' uomo? e di qual padre è nato?
Come se alcuno, al par di Barro afflitto
Da rio malor, voglia apparir gentile,
Ovunque vada alle fanciulle inspira
Desio d' esaminar qual la sua faccia,
Qual sia la gamba, il piede, i denti, il crine.
Chi promette così d' avere in cura
L' impero, i Cittadini, Italia, e Roma,
E i templi degli Dei; di chi sia figlio,
Se per vil padre ignobile, i mortali
Tutti a spiare, e a domandare astringe.
Avrai tu forse ardir, figlio di Siro,
Di Dama, o di Dionisio, i Cittadini
Slanciar da un sasso, o consegnarli a Cadmo?
Ma Novio mio collega è un grado almeno
A me inferiore; poich' è tale appunto,
Qual' era il padre mio. D' esser ti sembra
Perciò Paolo, e Messala? Ma costui,
Se corressero insiem dugento carri
Nel foro, e tre mortorj, in alto i gridi
Manderebbe così, che trombe, e corni
Sarebber vinti: almen per ciò ne impone.

Nunc ad me redeo libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc, quia sum tibi, Mœcenas, convictor; at olim,
Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.
Dissimile hoc illi est: quia non, ut forsit honorem
Jure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum;
Præsertim cautum dignos assumere, pravâ
Ambitione procul; felicem dicere non hoc
Me possit, casu quod te sortitus amicum:
Nulla etenim tibi me fors obtulit. Optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere quid essem.
Ut veni coram; singultim pauca locutus,
(Infans namque pudor prohibebat plura profari)
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo,
Sed, quod eram, narro. Respondes (ut tuus est mos)
Pauca; abeo: & revoceas nono post mense, jubesque
Esse in amicorum numero. magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre præclaro, sed vita & pectore puro.
Atqui si vitiis mediocribus, ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta; (velut si
Egregio inspersos reprendas corpore nævos)
Si neque avaritiam, neque sordes, aut mala lustra

Or

48. *Tribunus militum* creatus fuerat Horatius a Bruto, & Cassio, quibus militavit. *Legio* sex mill. peditum continens in sex Cohortes dividebatur, quibus singulis magni Centuriones perficiebantur.

55. De *Virgilio*, & *Vario* Horatio amicissimis vide sup. Sat. V.

59. *Satureiano vectari rura caballo*. Satureja pascua erant in Apuliæ, & Calabriæ finibus ad urbem *Saturejum*: ibi equi alebantur generosi.

Or torno a me d' un libertin figliuolo,
Cui rinfacciano tutti, che son nato
Da un padre libertin, perchè al presente
Ti son caro, o Mecena, e perchè un tempo
A me Tribuno una Legion Romana
Era soggetta; ma diverso a questo
E' quell' onor, che or godo; poichè il posto
M' invidiava qualcun forse a ragione,
Non così può accader di tua bontade,
Mentre tu scevro d' ambizion malvaggia
Cauto gli amici fra i più degni eleggi.
Dirmi felice non poss' io per caso,
Che se godo l' onor d' esserti amico,
Niuna mi ti offerì sorte, od incontro.
Il buon Virgilio in prima, e Vario poscia,
Ti disser quale io fossi. Allorchè venni
A te dinanzi, poche cose a stento
Potei spiegar, che il più parlar vietava
L' invincibil rossor. Non io mi vanto
Nato da nobil padre, ne alle ville
Da superbo destrier condotto intorno,
Ma quel, ch' ero, ti narro. Pochi accenti,
Com' è tuo stil, tu aggiungi; io parto, e dopo
Ben nove mesi mi richiami, e imponi,
Che degli amici tuoi nel ruolo io sia.
Io di questo mi glorio, che a te piacqui,
A te, che il vizio da virtù distingui,
Non già pel genitor chiaro, ed illustre,
Ma pei costumi, e per il core onesto.
Che se di lievi, e poche macchie infetta
Io l' indole sortii, retta nel resto,
(Come se sparsi in un bel corpo alcuni
Nei tu vedessi): se non può mortale
D' avarizia accusarmi, o di bruttezza,

Objiciet vere quiſquam mihi; purus, & inſons,
(Ut me collaudem) ſi vivo, & carus amicis,
Cauſa fuit pater his: qui macro pauper agello
Noluit in Flavi ludum me mittere, magni
Quò pueri magnis e centurionibus orti,
Lævo ſuſpenſi loculos, tabulamque lacerto,
Ibant Octonis referentes Idibus æra:*
Sed puerum eſt auſus Romam portare, docendum
Artes, quas doceat quivis eques, atque ſenator
Semet prognatos. Veſtem, ſervoſque ſequentes
In magno ut populo ſi qui vidiſſet; avita
Ex re præberi ſumtus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omnes
Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honos) ſervavit ab omni
Non ſolum facto, verum opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret olim,
Si præco parvas, aut (ut fuit ipſe) coactor
Mercedes ſequerer; neque ego ſum queſtus. Ad hæc nunc
Laus illi debetur, & a me gratia major.
Nil me pœniteat ſanum patris hujus: eoque
Non, ut magna dolo factum negat eſſe ſuo pars,
Quod non ingenuos habeat, claroſque parentes,
Sic me defendam. Longe mea diſcrepat iſtis

72. *Noluit in Flavi ludum me mittere*. Ludimagiſter hic *Flavius* Venuſinus artem numerandi, legendi, & ſcribendi pueros edocebat ingenuos.

86. *Si præco &c.* Præconis, & Coactoris muneribus fungebatur Horatii pater, parvaſque mercedes ex hiſce Officiis percipiebat, *Præco* in auctione res vendendas appellabat, leges ferendas, aut edicta in concione recitabat &c. *Coactor* publicanorum adminiſter erat, qui pecunias publice pendi ſolitas, ideſt tributum, vectigalia &c. colligebat.

O di libidin ſporca: s' io pur vivo
Puro, e innocente, e (ſe lodarmi io poſſo)
Caro agli amici, n' è cagion mio padre,
Che poſſeſſor d' un picciol campo, mai
Me di Flavio mandar volle alla ſcuola,
Ove da Grandi Centurion diſceſi
Givan fanciulli illuſtri, aventi appeſe
Le tavole, e le taſche al manco lato,
Recando al precettor nell' Idi il conto;
Ma fanciullino osò portarmi a Roma,
Perchè in quell' arti ammaeſtrato io foſſi,
Che alla ſua prole d' inſegnar procura
Il Cavaliere, e il Senator. Se alcuno
Veduto aveſſe la mia veſte, o i ſervi,
Che in mezzo al popol mi facean corteggio,
Creduto avrebbe dalle avite entrate
A me appreſtarſi tali ſpeſe, e tante.
Anzi egli ſteſſo mio cuſtode attento
Intorno ai precettor, m' era preſente.
Che più? Non ſolo in ogni azion pudico,
(Ch' è il primo onor della virtù) ſerbommi,
Ma d' ogni infamia il nome mio difeſe;
Nè paventò chi lo accuſaſſe un giorno,
Se banditore per ſua colpa anch' io,
O come ei fu, riſcuotitor, ſeguiſſi
Mercedi anguſte. Nè di ſorte eguale
Io mi potea lagnar. Lode più grande
Ei perciò merta adeſſo, ed io gli debbo
Gratitudin maggiore. A penſar dritto
Non ho roſſor di queſto padre, e quindi,
Come tant' altri fanno, io non mi ſcuſo,
Che negan d' aver colpa, ſe il deſtino
Parenti non diè lor famoſi, e chiari.
Diverſo da coſtoro e parlo, e ſento.

Digitized by Google

Et vox, & ratio; nam si natura juberet
A certis annis ævum remeare peractum,
Atque alios legere ad fastum quoscumque parentes
Optaret sibi quisque: meis contentus, honestos
Fascibus, & sellis nollem mihi sumere; demens
Judicio vulgi, sanus fortasse tuo: quod
Nollem onus, haud unquam solitus, portare molestum,
Nam mihi continuò major quærenda foret res,
Atque salutandi plures; ducendus & unus,
Et comes alter, uti solus ne rusve, peregreve
exirem plures calones, atque caballi
Pascendi; ducenda petorrita. Nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.
Objiciet nemo sordes mihi, quas tibi, Tilli*,
Cum Tiburte via prætorem quinque sequuntur
Te pueri, lasanum portantes, œnophorumque.
Hoc ego commodius, quam tu, præclare senator,
Millibus atque aliis vivo. Quacumque libido est,
Incedo solus: percontor quanti olus, ac far:
Fallacem Circum, vespertinumque pererro
Sæpe Forum: assisto divinis: inde domum me
Ad porri, & ciceris refero, laganique catillum.
Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus

96. *Honestos fascibus, & sellis &c.* Consulibus, & Prætoribus *fasces* a lictoribus præferebantur, his sex, illis duodecim. Erant Fasces virgarum fasciculi, quibus in medio securis extabat, ideoque fasces potestatis erant insigne. Majoribus pariter Magistratibus licebat eburneam sellam in cursu gestare, & cum Senatus habebatur in ea considere.

103. *Calones* viliores servi, & mediastini.

104. *Petorrita*, vox gallica quamdam vehiculam significans Gallis usitatam.

105. Urbs extat *Tarentum* in intimo recessu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus in agro Hydruntino.

113. *Fallacem circum &c.* Circus erat Romæ platea ingens, in qua spectacula populo dabantur. In eum locum circulatores, conjectores, harioli confluebant, unde *fallax* appellatur; fortassis etiam ex eo, quod in *Circo* comitia habebantur.

Poichè se concedesse a noi natura
Dopo cert' anni di tornare indietro
Nelle trascorse etadi, e giusta il genio,
Accordasse a ciascun come più brama
Far d' altri genitor libera scelta,
De' miei maggior contento, io non vorrei
Uomini illustri per curuli, e fasci:
Stolto appo il volgo, forse appo te sano,
Che portar ricusassi un grave peso,
Cui non fui unqua usato. Mentre allora
Tosto cercar dovrei maggiori entrate,
E salutar più d' uno, e condur meco
E questo, e quel compagno, e non mai solo
Gir in villa, o al passeggio, e pascer molti
Servi, e cavalli, e menar dietro il carro.
Ora all' incontro su d' un picciol mulo,
Cui pesante valigia impiaga i lombi,
E il cavalier le spalle, esco a solazzo,
O, se mi pare, a Taranto mi porto.
Niun mi rinfaccierà le sordidezze,
Che in te riprende, o Tillio, allorchè cinque
Servi portando la predella, e il fiasco,
Sulla strada, che a Tivoli conduce,
Seguono te della Città Pretore.
Di te per questo, o Senatore eccelso,
E di mill' altri più felice io vivo.
Vado solo a piacer dovunque voglio:
Chiamo quanto si vendan l' erbe, e il farro:
Spesso alla sera l' ingannevol Circo
Passeggio, e il Foro: ai sagrificj assisto:
Quindi in mia casa mi riduco al desco
Di porri, e ceci, e di focaccie ornato.
Da tre servi la cena a me si appresta,
E un bianco sasso il fiasco mio sostiene,

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: adſtat echinus *
Vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex.
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quod cras
Surgendum ſit mane, obeundus Marſya *, qui ſe
Vultum ferre negat Noviorum poſſe minoris.
Ad quartam jaceo: poſt hanc vagor, aut ego, lecto,
Aut ſcripto, quod me tacitum juvet, unguor olivo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis *.
Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio Campum, luſumque trigonem.
Pranſus non avide, quantum interpellet inani *
Ventre diem durare, domeſticus otior. Hæc eſt
Vita ſolutorum miſera ambitione, gravique.
His me conſolor, victurum ſuavius, ac ſi
Quæſtor avus, pater atque meus, patruuſque fuiſſet.

SATIRA VII.

Rixam Rupilli cum Græculo Perſio deſcribit.

Proscripti Regis Rupili * pus, atque venenum
Hybrida * quo pacto ſit Perſius ultus, opinor
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis *, etiam lites cum Rege moleſtas;
Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem,

Sat. VII. Horatius hanc Satiram primum ingenii ſui ſpecimen dedit, cum Bruti partes ſequeretur, paucis menſibus ante prælium Philippenſe anno U. C. 712., ætatis ſuæ 23.

E due bicchier con lui: quinci non manca
Il vil catin, la patera, e l' ampolla,
Tutta Campana ſuppelletil rozza.
Vado poſcia a dormir niente affannoſo,
Perchè doman debba più preſto alzarmi
Per gire a Marſia, che fra Novii il volto
Soffrir non puote del minor germano.
Fino a quarta mi giaccio, indi paſſeggio,
O ciò, che a me ſol giovi, quietamente
Leggo, oppur ſcrivo; d' olio poi mi ſpargo,
Non già di quel, ch' alle lucerne uſurpa
Il ſozzo Natta. Ma qualor, me ſtanco
D' ire a lavarmi il ſol più ardente avviſa,
L' ira fuggo del cane aſtro rabbioſo.
Lauto non già, ma tanto ſol paſciuto,
Che baſti a confortar digiuno il ventre,
Stommi ozioſo in caſa. Ecco la vita
Di chi da grave ambizion meſchina
Tocco non è. Con queſto io mi conſolo,
Sperando di campar tanto più lieto,
Come ſe l' avo, il genitor, lo zio
Stati foſſer Queſtori illuſtri in Roma.

SATIRA VII.

Deſcrive leggiadramente una riſſa ſeguita tra Rupilio, e Perſio.

Come Perſio baſtardo i sdegni, e l' onte
Abbia reſpinte del fellon Rupilio
Chiamato Re, noto a ciaſcuno io credo.
Tra gli altri grandi affari il ricco Perſio
Col Re pur anche in Clazomene avea
Liti moleſte. Ruvid' uomo egli era,

Confidens, tumidusque; adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis * præcurreret albis.
Ad Regem redeo. Postquam nihil inter utrumque
Convenit (hoc etenim sunt omnes jure molesti,
Quo fortes, quibus adversum bellum incidit); inter
Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors:
Non aliam ob causam, nisi quod virtus in utroque
Summa fuit. Duo si discordia verset inertes;
Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco: discedat pigrior, ultro
Muneribus missis. Bruto prætore tenente *
Ditem Asiam *, Rupili & Persi par pugnat, uti non
Compositi melius cum Bitho Bacchius *. in jus
Acres procurrunt; magnum spectaculum uterque.
Persius exponit causam: ridetur ab omni
Conventu: laudat Brutum, laudatque cohortem:
Solem Asiæ Brutum adpellat, stellasque salubres
Adpellat comites, excepto Rege: Canem illum,
Invisum agricolis sidus, venisse: ruebat
Flumen ut hybernum, fertur quo rara securis.
Tum Prænestinus salso, multoque fluenti

12. *Hectora Priamiden &c.* Lepide sane Persium, & Rupilium comparat duobus clarissimis belli Trojani Ducibus. Eo magis jocus eminet, quo graviorem rerum faciem præsefert bellum.

17. *Glaucus* ignavus Regis Lyciæ filius, commisso Trojano prælio cum in *Diomedem* incidisset virum fortissimum, de pace statim egit, & arma sua aurea hosti dono dedit.

25. *Canem illum &c.* Dicit Rupilium *Caniculæ* astro exitiali, & agricolis inviso similem venisse, ut omnia perderet.

28. *Tum Prænestinus &c.* Rupilius natus erat *Præneste* latinorum urbe in vertice montis sita. Conditam ferunt Poëtæ a Prænesto Ulissis, & Circes filio.

E che vincere il Re potea d' insulti;
Audace, e petulante, e d' un parlare
Aspro per modo, che i Sisseni, e i Barri
Di gran lunga avanzava. Ora al Re torno:
Poichè giammai trovar tra l' uno, e l' altro
Un vero si potè stabile accordo;
(Mentre come i guerrier, sono ostinati
Del pari i litiganti, allorchè accade
Di muoversi la guerra a forze eguali)
Tal ira capitale arse tra Ettorre
Di Priamo figlio, e l' animoso Achille,
Che sol morte potea troncarne il corso,
Non per altra cagion, sè non che sommo
Fu in entrambi il valor. Che se contesa
Tra due vili si desti, o sia di forze
La guerra disugual, come fu un tempo
Fra Diomede, e il Licio Glauco, allora
Il più poltron ritirerassi il primo,
Mandando al suo rival scuse, e presenti.
Mentre dunque la ricca Asia reggea
Bruto Pretore, ecco Rupilio, e Persio
L' un l' altro a fronte, talchè Bacchio, e Bitto
Tanto eguali fra lor forze non hanno.
Scendono arditi in lizza, oggetto entrambi
D' alto stupor. Persio la causa espone:
Ognun, che l' ode, il beffa; ei non si arresta.
Loda Bruto, e di lui loda le schiere;
Bruto apella sol d' Asia, e i suoi compagni,
Eccettuato il Re, propizie stelle:
Quello esser dice il Cane astro ai bifolchi
Cotanto odioso a portar danno apparso.
Correa violento, qual nel verno un fiume,
Che del pigro villan previen le scure.
Allora il Prenestin copiosamente

Expressa arbusto regerit convicia; durus
Vindemiator, & invictus, cui sæpe viator
Cessisset, magna compellans voce cuculum.*
At Græcus, postquam est Italo persusus aceto,
Persius exclamat: Per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui reges consuesti tollere, cur non
Hunc Regem jugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum est.*

SATIRA VIII.

Priapum inducit Canidiæ, & Saganæ veneficia describentem, ac detestantem.

OLIM truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cum faber, incertus scamnum, faceretne Priapum*,
Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum, aviumque
Maxima formido: nam fures dextra coercet,
Obscænoque ruber porrectus ab inguine palus:
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis considere in hortis.
Huc prius angustis ejecta cadavera cellis*
Conservus vili portanda locabat in arca.
Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum,
Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti.*

29. *Expressa arbusto &c.* Rupilium assimilat vindemiatori molesto, & pertinaci, qui viatores conviciis appetitos, & alia regerentes, silere tamen victos, & abire cogit.

Sat. VIII. Canidia in colle Esquilino post hortos Mæcenatis incantamentis operam dabat. Priapus singula narrat maleficia. Horatius interim utrumque satirico sale perfricat egregie. Omnes enim dicendi modi festivæ cujusdam irrisionis plenissimi sunt. Sanadoni si credimus, scripta fuit hæc Satira anno circiter U. C., 722., ætatis Horatianæ 33.

Dall' abbondevol petto eſtrae gl' inſulti,
E al ſuo rival li vibra, uguale ad aſpro
Vendemmiatore invitto, a cui ſovente
Abbia ceduto il paſſeggier, gridando
Con quanta voce ei può: mi ſembri un Cucco.
Ma poichè Perſio greco ben aſperſo
Fu di aceto Italiano, eſclama: o Bruto,
Tu, che ſei uſo ad ammazzare i Regi,
Per gli gran Dei ti prego, e perchè mai
Queſto Re non iſcanni? E' tale impreſa,
Credilo a me, de' pari tuoi ben degna.

SATIRA VIII.

Induce a parlare la ſtatua di Priapo, che alla cuſtodia degli orti di Mecenate era ſtata recentemente collocata, lagnandoſi de' maleficj, che da alcune maliarde venivano tuttavia in tal luogo eſercitati.

DI fico era già un tronco, inutil legno;
Quando dubbioſo il fabbro ſe uno ſcanno
Di me feſſe, o Priapo, al fin riſolſe,
Ch' io foſſi queſto Dio; ſon quindi il Dio
De' ladri, e degli augei grande ſpavento;
Poichè la deſtra armata, e queſta verga,
Che fuor ſi ſtende dal mio ventre oſceno,
Raffrena i ladri: e la volubil canna,
Che ho fitta in teſta, gl' importuni augelli
Scaccia, e poſar nei nuovi orti lor vieta.
Tempo già fu, che de' compagni eſtinti
Cavando i corpi dalle celle anguſte,
Li fea quì trar entro vil caſſa il ſervo.
Queſto all' abbietta plebe, al luſſurioſo
Nomentano, e a Pantolobo Buffone

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum *
Hic dabat: heredes monumentum ne sequeretur.
Nunc licet Esquiliis habitare salubribus *, atque
Aggere in aprico spatiari; qua modo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.
Cum mihi non tantum furesque, feræque suetæ
Hunc vexare locum, curæ sunt, atque labori,
Quantum carminibus quæ versant, atque venenis
Humanos animos. Has nullo perdere possum,
Nec prohibere modo; simul ac vaga luna decorum
Protulit os, quin ossa legant, herbasque nocentes.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla *
Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana majore ululantem: pallor utrasque
Fecerat horrendas aspectu. Scalpere terram
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt: cruor in fossam confusus, ut inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea: major
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat, servilibus ut quæ
Jam peritura modis. Hecaten vocat altera, sævam
Altera Tisiphonen. Serpentes, atque videres,
Infernas errare canes; lunamque rubentem,

25. Major Sagana, forte quia senior, vel quia duarum ejusdem nominis sororum major erat.

29. *Ut inde manes elicerent; animas &c.* Locus fortasse corruptus: *inanes elicerent animas* scriptum fuisse autumat Rosellus. Excriptores vero incuriosi mutarunt *inanes* in *manes*, ommisso *i* versus antecedentis.

30. *Lanea & effigies erat &c.* Solent venefici e cera, vel lana imagines condere, & in illis ea experiri omnia, quæ vivis hominibus, quorum sunt illæ imagines, volunt evenire.

33. *Hecaten vocat altera &c.* Proserpina vocatur *Hecates*, quia centum victimis placari solebat. *Tisiphones* una e furiis

35. *Lunamque rubentem &c.* Putabant veteres Lunam præsertim plenam incantationibus præesse.

Era il comun ſepolcro. Il ſaſſo inciſo
Di fronte mille pie', trecento al lungo
Aſſegnava al terreno, e dagli eredi
Queſto fondo indicava eſſere eſente.
Nel più ſano abitare Eſquilio or lice,
E paſſeggiar ſu quello argine aprico,
Ove poc' anzi ſi vedea con pena
Di bianche oſſa inſepolte un campo informe.
A me però non già le belve, o i ladri
In queſti luoghi ad infierire uſati,
Tanto arrecan penſiero, o tal fatica,
Quanto color, che coi veleni, e i verſi
Sogliono conturbar le menti umane.
Con modo alcuno non poſs' io le infami
Diſtruggere, o impedir, che mentre in Cielo
Moſtrò la vaga Luna il ſuo bel volto,
Non cerchin toſto erbe dannoſe, ed oſſa.
Scalza il pie', ſparſa il crin, negra la veſta,
Vid' io ſteſſo Canidia andar ſuccinta
Urlando inſiem con la maggior Sagana.
Orribili a mirarſi ambe rendea
L' inſolito pallor. A ſcavar terra
Incominciar coll' unghie, e negra agnella
A lacerar coi denti. Nella foſſa
Miſto al terren fu il ſangue, acciò dei morti
Sorgeſſer l' ombre triſti a dar riſpoſta.
Un' effigie di lana, altra di cera
V' avea pur anco. Era maggior la prima,
Quaſi all' altra minor deſſe gaſtigo.
Come a perir vicina, ſupplicando
Stava quella di cera in ſervil atto.
Chiama queſta Proſerpina; quell' altra
Tiſifone crudel. Veduto avreſti
Serpenti, e Can d' averno errare intorno,

Ne foret his teſtis, poſt magna latere ſepulcra.
Mentior at ſi quid *, merdis caput inquiner albis
Corvorum; atque in me veniat mictum, atque cacatum
Julius, & fragilis Pediatia, furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
Umbræ cum Sagana reſonârint triſte, & acutum?
Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris? & imagine cerea
Largior arſerit ignis? & ut non teſtis inultus
Horruerim voces Furiarum, & facta duarum?
Nam, diploſa ſonat quantum veſica, pepedi
Diffiſa nate ficus. At illæ currere in Urbem:
Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno riſuque, jocoque videres.

SATIRA IX.

Deſcribit obvii cujuſdam importunam, & obſtinatam loquacitatem.

IBAM ut forte viâ Sacrâ *, ſicut meus eſt mos,
Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis:
Accurrit quidam notus mihi nomine tantum,

46. *Pepedi &c.* Deus jactat hunc crepitum velut inſigne ultionis argumentum, ex quo fugerunt perterritæ Sagæ. Duplex ridiculum.

48. *Caliendrum* eſt proprie muliebris calantica. Hic fortaſſe comam ſignificat adſcititiam.

Sat. IX. Nemini certe potiori jure moleſti nomen datum fuit, quam huic homini dicaciſſimo, ab Horatio in hac Satira depicto. Ipſe enim Poëtam opprimere vult, atque verbis enecare. Scripta fuit hæc Satira anno U. C. 726. 37. Horatii nati. Celebri Antonio Vulpio videtur hic loquaculus eſſe Propertius; ſed cur Horatius cum in eodem eſſet contubernio cum illo Poëta, eundem inducit ſuo lateri adhærere pertinaciter, volentem in via ſacra & importunum comitem eſſe?

E ſtarſen dietro a' gran ſepolcri aſcoſa
Per orror di tai coſe anche la luna.
Che s' io mentiſco, la mia teſta i corvi
Lordin col bianco ſterco, e vibrin pure
Contro di me cento ſporchezze, e cento
Giulio, il molle Pediazia, e Voran ladro.
Che racconto di più? Come alternando
L' ombre a Sagana le riſpoſte, ahi foſſe
Meſto, e dolente di lor voci il ſuono?
E come di naſcoſto nel terreno
Una barba di lupo con un dente
Di maculoſa ſerpe abbian ſepolto?
E qual copioſo fuoco abbia diſtrutta
La cerea immago, e come ai detti, all' opre
Delle due furie inorridiſſi allora,
Non teſtimone invendicato io ſteſſo?
Poichè dalle mie natiche tal ſuono
Io di fiço mandai, quanto può farne
Una rotta veſcica. Eſſe al fracaſſo
Corron nella Città: caduti, e ſparſi
I denti di Canidia, e di Sagana
L' alto ciuffo poſticcio, e l' erbe, e i nodi,
E quant' altro agl' incanti era ſtrumento,
Con gran riſo, e piacer veduto avreſti.

SATIRA IX.

Deſcrive l' incontro d' un moleſtiſſimo ciarlone, da cui fu poſto a mal partito.

SICCOME è il mio coſtume, a caſo io giva
Nella via Sacra non ſo che penſando
Di paſſatempo, e tutto in queſto abſorto;
Quando cert' un, noto a me ſol di nome,

Digitized by Google

Arreptaque manu, Quid agis, dulcissime rerum?
Suaviter, ut nunc est, inquam; & cupio omnia quæ vis.
Cum adsectaretur; Numquid vis? occupo. at ille,
Noris nos, inquit: docti sumus. Hic ego, Pluris
Hoc, inquam, mihi eris. Misere discedere quærens
Ire modo ocyus, interdum consistere, in aurem
Dicere nescio quid puero; cum sudor ad imos
Manaret talos; O te, Bolane, cerebri
Felicem, ajebam tacitus. Cum quodlibet ille
Garriret: vicos, urbem laudaret; ut illi
Nil respondebam: Misere cupis, inquit, abire,
Jamdudum video: sed nil agis; usque tenebo:
Prosequar hinc, quo nunc iter est tibi. Nil opus est te
Circumagi: quemdam volo visere non tibi notum:
Trans Tiberim longe cubat is, prope Cæsaris hortos.
Nil habeo quod agam, & non sum piger; usque
sequar te.
Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
Cum gravius dorso subiit onus. Incipit ille:
Si bene me novi, non Viscum pluris amicum,
Non Varium facies: nam quis me scribere plures
Aut citius possit versus? quis membra movere

Mi

11. *O te Bolane, cerebri &c.* Hoc nomen *Bolanus* fuisse proprium cerebrosi cujusdam Romani Civis autumat Dacierius. Contra Juvencius: *Bolanus*, inquit, erat civis ob insignem lenitatem, & facilitatem tunc notus. Dorighellus denique dictum fuisse *Bollanum* ait ex *Bola* urbe Æquorum in confinio Latii inter Æsulam, & Præneste.

16. *Nil opus est te &c.* Verba sunt Horatii.

18. *Cæsaris horti* erant citra Tiberim in urbis regione XIV. A Julio Cæsare publice legati fuerant populo.

19. *Nil habeo quod agam &c.* Loquacis responsum.

22. 23. *Viscus*, & *Varius* insignes erant Poetæ Horatio necessitudine conjunctissimi.

Mi venne incontro, e presami la mano;
Che fai, mi disse, o mio soave amico?
Per or, risposi, io mi sto bene, e bramo
Tutto ciò, che tu vuoi. Vedendo allora,
Ch'ei mi seguia: forse poss' io, gli dissi,
Impiegarmi a tuo prò? Che mi conosca
Bramo solo, ei soggiunge, io sono dotto.
Ebben, gli replicai, per questo appunto
Ti stimerò di più. Sperando intanto
Di sbrigarmi da lui, quando veloce,
Quando tardi men gia; talvolta al servo
Dir fingea non so che piano all'orecchio;
E grondando sudor da capo a piedi,
Te felice o Bolan forte di testa!
Fra me stesso dicea. Pur il ciarlone
A garrir proseguia sopra ogni cosa;
Città lodava, e strade. . . . Al fin vedendo,
Che a lui non rispondea: meschin tu brami
Da me partir, gridò, ben men avvidi;
Ma il tenti in van: ti fermerò; seguirti
Saprò dovunque vada. Or da quel parte,
Dimmi, volgi tu il piè? Non ho bisogno
Di te, che mi conduca: un certo amico,
Che a te noto non è, vedere io voglio;
Presso gli orti di Cesare lontano
Oltre il Tebro egli stà. Non ho che fare,
Stanco non son; fin la posso seguirti.
Di mala voglia allor l' orecchie abbasso
Quale asinel, che porta un peso enorme.
Se bene io mi conosco, egli incomincia,
Non Visco, o Vario, che ti sono amici,
Piu stimerai di me. Chi maggior versi,
O più presto di me scriver mai puote?
Chi più dolce in danzar move le membra?

Mollius? invideat quod & Hermogenes, ego canto,
Interpellandi locus hic erat: Eſt tibi mater,
Cognati, queis te ſalvo eſt opus? Haud mihi quiſquam:
Omnes compoſui. Felices! nunc ego reſto:
Confice; namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit divina mota anus urna:
Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra;
Garrulus hunc quando conſumet cumque. Loquaces
Si ſapiat, vitet, ſimul atque adoleverit ætas.
Ventum erat ad Veſtæ, quarta jam parte diei
Præterita; & caſu tunc reſpondere vadatus
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.
Si me amas, inquit, paulum hic ades. Inteream, ſi
Aut valeo ſtare, aut novi civilia jura:
Et propero, quò ſcis. Dubius ſum quid faciam, inquit,
Te ne relinquam, an rem? Me, ſodes. Non faciam, ille,
Et precedere cœpit. Ego, ut contendere durum eſt
Cum victore, ſequor. Mecœnas * quomodo tecum?
Hinc repetit. Paucorum hominum, & mentis benè ſanæ.
Nemo dexterius fortuna eſt uſus: haberes
Magnum adjutorem, poſſet qui ferre ſecundas,
Hunc hominem velles ſi tradere. Diſpeream, ni
Summoſſes omnes. Non iſto vivitur * illic

25. *Invideat quod & Hermogenes, ego canto*. De Hermogene Muſico ſupra diximus Sat. III.

27. *Haud mihi quiſquam &c.* Verba, quæ a moleſto illo homine pronunciantur.

28. *Felices! Nunc ego reſto &c.* O illos beatos, inquit Horatius; a te ſepeliendus nunc ego reſto.

30. *Sabella quod puero cecinit &c.* Forte Horatii nutrix fuit *Sabella* hæc *anus* ſortilega, & divinandi perita. *Sabini* porro, iidem qui *Sabelli*, inter cæteros Italiæ populos ſuperſtitione, & ſortilegiis delectabantur.

35. Templum *Veſtæ* erat prope Forum.

36. *Vadatus*, intellige citatus, ſive vadimonio obſtrictus hora conſtituta diei quarta.

38. *Inteream ſi aut valeo ſtare &c.* Reſponſum Horatii.

41. *Me ſodes*. Horatii verbum.

Anche Ermogene invidia al canto mio.
Io quì lo interrogai: Madre, e parenti
Hai tu, cui ſia meſtier di tua ſalute?
Alcun non mi reſtò, tutti ho ſepolti.
Felici! or io rimango; ecco, mi ſvena;
Giacchè un fato funeſto a me ſovraſta,
Qual predetto mi fu fanciullo ancora,
Da una vecchia Sabina, allorchè ſcoſſa
La Sacra Urna indovina, a me sì diſſe:
Non rio velen, nè ſpada oſtile, o doglia
Di fianchi, o toſſe, o languida podagra
Torrà coſtui di vita, ma un ciarlone
Un dì il conſumerà: s' egli fia ſaggio,
Quando creſca in età ſchivi i loquaci.
Di Veſta intanto eravam giunti al Tempio,
Già traſcorſa del dì la quarta parte,
E al nemico per ſorte ei pur dovea
Riſpondere, ſe nò perder la lite.
Se mi ami, diſſe, meco vieni un poco.
Poſs' io morir, ſe d' arreſtarmi ho tempo,
O del foro conobbi unqua gl' intrighi,
E dove ſai, m' affretto. Io ſon dubbioſo,
Se te laſci, ripoſe, oppur gli affari?
Laſcia pur me. Non lo farò; ſoggiunſe,
E a preceder comincia. Io, poich' è duro
Pugnar col vincitor, lo ſeguo; ei dice,
Mecenate con te come ſi porta?
Di pochi, e ſaggi amici egli è contento.
Niuno uſò più di te della ſua ſorte;
Un grande ajuto avreſti, che ſaprebbe
Eſſerti inferior, ſe me voleſſi
A lui raccomandar: tutti, ſcommetto,
Tu vinceresti allor que' di ſua Corte.
Non ſi vive colà, qual tu ſupponi

Quo tu rere modo. Domus hac nec purior ulla eſt,
Nec magis his aliena malis: nil mi officit unquam,
Ditior hic, aut eſt quia doctior: eſt locus uni-
Cuique ſuus. Magnum narras, vix credibile. Atqui
Sic habet. Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus eſſe. Velis tantummodò, quæ tua virtus,
Expugnabis, & eſt qui vinci poſſit, eoque
Difficiles aditus primos habet. Haud mihi deero;
Muneribus ſervos corrumpam: non, hodie ſi
Excluſus fuero, deſiſtam: tempora quæram:
Occurram in triviis: deducam. Nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus. Hæc dum agit, ecce
Fuſcus Ariſtius occurrit, mihi carus, & illum
Qui pulcrè noſſet. Conſiſtimus. Unde venis? &
Quo tendis? rogat, & reſpondet. Vellere cœpi,
Et prenſare manu lentiſſima brachia, nutans,
Diſtorquens oculos, ut me eriperet. Malè ſalſus
Ridens diſſimulare: meum jecur urere bilis.
Certè neſcio quid ſecretò velle loqui te
Aiebas mecum. Memini benè; ſe meliori
Tempore dicam: hodie triceſima ſabbata *; vis tu
Curtis Judæis oppedere? Nulla mihi, inquam,

52. *Magnum narras* &c. inquit garrulus. *Atque ſic habet*, reſpondit H ratius.

53 *Accendis quare cupiam &c.* Inſtat loquax ille, impudenſque homo.

54. *Velit tantummodo &c.* Ironicum Horatii reſponſum.

56. *Haud mihi deero &c.* Indigni homines ſolliciti ſunt de quæritandis temporibus, quibus ad potentes viros accedant. Per ſummam aſſiduitatem, animique abjectionem, importunitatemque omnes ſibi ſternunt vias ad illos adeundos.

61. *Fuſcus Ariſtius occurrit mihi &c.* Grammaticus fuit *Fuſcus Ariſtius*, Poeta, & Rhetor. Familiriter cum Horatio vivebat.

66. *Male ſalſus ridens diſſimulare*. Ariſtius ut maligne Horatium ludificaretur, ridere cæpit, ejuſque moleſtiam ab homine illo dicaciſſimo illatam diſſimulare.

67. *Certe neſcio quid &c.* Horatii verba ad Ariſtium.

68. *Memini bene &c.* Ariſtii reſponſum.

70. *Nulla mihi Religio eſt*. Hæc vox *Religio* juxta Epicureos, inanem ſignificat Deorum timorem, ideſt ſuperſtitionem, ſive ſcrupolum.

Digitized by Google

In cotal modo. Non vi ha casa in Roma
Più di quella innocente, o più di quella,
Da tai mali lontana. Ivi nessuno,
Perchè più ricco, ovver più dotto sia,
Unqua mi nuoce; ognuno ha il proprio luogo.
Gran cose narri, cui dò fede appena.
Eppure ella è così. Tanto mi accendi,
Che a lui più bramo diventare amico.
Questo cercar tu dei; la tua virtude
Ben ti promette ciò. Mecena è tale,
Che vincere si può, difficil quindi
E' il primo accesso a lui. Non io mestieri
Avrò di spron, corromperò coi doni
I servi suoi: s' oggi mi vegga escluso,
Perciò non stancherommi: ogni occasione
Cercherò; nelle strade androgli incontro;
A Casa il condurrò. Niente ai mortali
La Natura accordò senza gran stento.
Mentre sì dice; ecco ver me s' avvanza
Fosco Aristio a me caro, e che assai bene
Il ciarlon conoscea. Noi ci fermiamo;
Onde vieni? Ove vai? Chiede, e risponde.
Presi allora ad urtarlo, e con la mano
A stringer le sordissime sue braccia,
Torcendo gli occhj, e sì coi cenni oprando;
Che da colui mi liberasse. Aristio
Fuor di tempo faceto, sogghignando
Fingea di non capirmi: io mi sentia
Dalla bile infiammato ardere il core.
Dicesti pur, proruppi, che in secreto
Meco di non so che par volevi.
Ben mi sovvien, ma miglior tempo aspetto.
E' il trentesimo dì questo del mese;
Vuoi tu far scorno ai circoncisi Ebrei?

Relligio est. At mi*, sum paulò infirmior, unus
Multorum, ignosces: aliàs loquar. Hunccine* solem
Tam nigrum surrexe mihi? Fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit. Casu venit obvius illi
Adversarius; & quo tu, turpissime? magna
Inclamat voce; &, licet antestari? Ego verò*
Oppono auriculam. Rapit in jus; clamor utrinque,
Undique concursus: sic me servavit Apollo*.

SATIRA X.

Quod de Lucilio in quarta superiori scripserat, in hac asserit, & explicat.

NEMPE incomposito dixi pede currere versus
Lucili. Quis tam Lucili fautor inepté est,
Ut non hoc fateatur? At idem quod sale multo
Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cætera, nam sic
Et Laberi mimos*, ut pulcra poëmata mirer. 6
Ergo non satis est risu diducere rictum
Auditoris, & est quædam tamen hic quoque virtus,

Sat. X. Permulti Lucilii fautores cogere sperabant Poetam palinodiam canere Satiræ *Eupolis*, *atque Cratinus*; sed tantum abest, ut suæ censuræ acrimoniam leniat Horatius, quin etiam hanc apologiam ejusdem Satiræ instituat, & a præjudicata veteri opinione in suam sententiam eos conetur adducere. Annum V. C. 727. aut 728. huic Satiræ apponit Sanado. Dorrighellus autem post obitum Tibulli scriptam fuisse contendit, nempe anno circiter 736. Horatii nati 47.

Non ho, diſs' io, ſcrupolo alcuno in queſto.
Chiedo perdon, ma intorno a ciò degli altri
Più debole ſon io; parlerem poi.
Dunque oggi il ſol per me nacque sì oſcuro?
Fugge l' aſtuto, e ſotto il rio coltello
Mi laſcia. Per mia ſorte allora incontro
Al ciarlon ſe ne viene il ſuo nemico.
Ove ne vai birbante? a tutta voce
Eſclama: te per teſtimon io prendo.
Io pronto a lui porgo l' orecchio. A forza
Ei lo ſtraſcina al tribunale; i gridi
Alzano entrambi: corre in folla il volgo:
Dal periglio così ſalvommi Apollo.

SATIRA X.

Riſponde a coloro, che lo accuſavano di maldicenza, perchè nella Satira IV. aveva biaſmato i verſi di Lucilio: accenna averlo fatto a ragione, e qual ſia il carattere, e la lode di un buon Poeta con ſomma leggiadria dimoſtra.

DISSI, gli è ver, che di Lucilio i verſi
Corrono a ſtento. Chi a tal ſegno è pazzo
Di Lucilio fautor, che nol confeſſi?
Egli però, perchè il coſtume, e gli uſi
Di Roma punzecchiò con ſali arguti,
Nella ſteſſa da me carta è lodato.
Nè a lui ciò concedendo, ogni altro vanto
Poſſo accordar; che di Laberio allora
Dovrei pregiar quai bei Poemi i Mimì.
Dunque il deſtar negli aſcoltanti il riſo
Non baſta ad un Cantor, ſebbene in queſto
Una certa virtù pur ſi riſcontri:

Eſt brevitate opus, ut currat ſententia, neu ſe
Impediat verbis laſſas onerantibus aures.
Et ſermone opus eſt, modo triſti, ſæpe jocoſo;
Defendente vicem modò Rhetoris, atque Poëte;
Interdum urbani parcentis viribus, atque
Extenuantis eas conſultò. Ridiculum acri
Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res.
Illi ſcripta quibus Comœdia priſca viris eſt,
Hoc ſtabant, hoc ſunt imitandi: quos neque pulcher
Hermogenes unquam legit, nec ſimius iſte,
Nil præter Calvum, & doctus cantare Catullum *.
At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miſcuit. O ſeri ſtudiorum! qui ne putatis
Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? At ſermo * lingua concinnus utrâque
Suavior: ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.
Cum verſus facias, te ipſum percontor, an, ut cum
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petilli?
Scilicet oblitus patriæque patriſque (Latini,
Cum Pedius cauſas exſudet * Poplicola, atque
Corvinus) patriis intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis *?
Atque ego cùm Græcos facerem, natus mare citra,
Verſiculos: vetuit tali me voce Quirinus,
Poſt mediam noctem * viſus, cum ſomnia vera.

16. *Illi ſcripta quibus &c.* Epicarmo alludit, cæteriſque veteris Comædiæ auctoribus, de quibus egit Satiræ quartæ initio.

18. *Quos neque pulcher &c. Hermogenes Tigellius* homo imperitus, & comam vultumque doctior, quam verſus componere, erat Lucilii contra Horatium fautor.

20. *At magnum fecit &c.* At Lucilius (inquiunt adverſarii) quod verſibus latinis græcas voces eleganter inſeruit, magnum, & arduum fecit.

21. *O ſeri ſtudiorum &c.* Objectioni Flaccus reſpondet *Marii Pitholai* exemplo, qui licet id aſſecutus eſſet, ineptus omnino habebatur Poeta. Verſus gratia eum vocat *Pitoleontem*.

25. *Te ipſum percontor &c.* Horatii reſponſum. Verba græca latinis permiſta non ferenda ſunt in ſermone ſoluto, multo minus in ligato.

26. De *Petilio*, ejuſque crimine dictum eſt Sat. IV.

Di brevità fa duopo, acciò il discorso
Corra, ne con tai detti unqua s' intoppi,
Che possano aggravar le stanche orecchie;
E fa d'uopo un parlare or grave, or lieto,
Quando dell' Orator, quando le veci
Compiendo del Poeta, e qualche fiata
D' un uom, che astuto il poter suo risparmia
E lo scema a talento, anzi l' occulta.
A troncar molte cose ha maggior forza,
Ed è spesso miglior del biasmo un scherzo.
Piaccion per questo, in ciò deggion seguirsi
I primi Autor della Commedia antica,
Cui mai non lesse Ermogene lascivo,
O questa Scimia, che a null' altro è intesa,
Fuorchè solo a cantar Calvo, e Catullo.
Ma fè gran cosa perchè unio le Greche
Alle voci Latine. Oh tardi ingegni,
Che difficil stimate, e prodigioso
Ciò, che al Rodian Pitoleonte accade!
Ma più dolce è il parlar s' ambo le lingue,
Sien ben congiunte insiem, com' è più dolce,
Botte di vin Falerno al Scio commisto.
Qualor versi componi, io ti domando,
Che faresti tu mai la dubbia causa
Se dovessi trattar del reo Petillo?
Forse scordando la tua patria, e il padre;
(Mentre Pedio Publicolla, e Corvino
Tratta in latin le cause), alle natie
Ardiresti mischiar voci straniere,
Qual Canusin, che due favelle ha in uso?
Greci versi facendo io, che son nato
Di qua dal mar, mi comparì Quirino
Sul far del dì, quando son veri i sogni,
E l' opra mi vietò con questi accenti.

In ſylvam non ligna feras inſanius, ac ſi
Magnas Græcorum malis implere catervas.
Turgidus Alpinus *, jugulat dum Memnona, dumque
Deffingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo,
Quæ nec in æde ſonent certantia, judice Tarpa,
Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda theatris.
Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Unus virorum Fundani. Pollio Regum *
Facta canit pede ter percuſſo. Forte epos acer,
Ut nemo, Varius * ducit: molle, atque facetum
Virgilio adnuerunt gaudentes rure Camœnæ *.
Hoc erat experto fruſtra Varrone Atacino,
Atque quibuſdam aliis, melius quod ſcribere poſſem,
Inventore minor *: neque ego illi detrahere auſim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, ſæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. Age quæſo,
Tu nihil in magno * doctus reprehendis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci?
Non ridet verſus Enni * gravitate minores,

38. *Quæ nec in æde ſonent &c.* Conveniebant Poetæ in Templo Apollinis Palatini, & de præmio ibi certabant. *Metius Tarpa* unus erat ex judicibus ob hanc rem in primis conſtitutus.

40. *Arguta meretrice potes &c.* Fundanius Poeta erat Comicus perilluſtris, Auguſto charus, & Horatii amicus. *Davus* nomen ſolitum ſervis tribui, *Chermes* divitibus, & ſenibus in Comœdia.

44. *Epos acer, ut nemo, Varius.* de *Vario* Poeta epico in primis illuſtri ſupra diximus Sat. V., VI., & IX.

52. *Tu nihil in magno &c. Quandoque bonus dormitat Homerus* ait Poeta noſter in Epiſtola ad Piſones.

53. *Nil comis Tragici &c.* Lucii Acci Poetæ tragici opera pervolvebat Lucilius & licet inſignia, quamplura in ipſis emendanda notabat. *Accium* revera ut duriuſculum carpit Cicero. Obiit anno V. C. 618.

Più ſtoltamente non potreſti al boſco
Legni portar, che ſe ingrandir tentaſſi
De' Greci Vati le caterve immenſe.
Mentre ſcanna Memnone il gonfio Alpino,
E mentre al Ren deſſorma il capo algoſo,
Queſti ſcherzando abbietti verſi io ſcrivo,
Che non ſaran per nobil gara il Tempio,
Sendo Giudice Tarpa, alto ſuonare,
Nè più volte ricchieſti entro i Teatri
Avran dei ſpettator dritto ſui cori.
Tu ſol fra i vivi, o mio Fondanio, hai l' arte,
Piacevol arte; di condurre in ſcena
O Meretrice arguta, o Davo infido,
Che all' annoſo Cremete inſidia i ſcrigni.
Pollion dei Re canta l' impreſe, il piede
Tre volte percotendo. Epici carmi
Forſe meglio di Vario altri non ſcrive.
Le Muſe, che dei boſchi hanno diletto,
Facil diero a Virgilio, e dolce ſtile.
Queſta a me ſol reſtò ſpecie di verſi,
Cui Varrone Atacino, ed altri ancora
Indarno ſi provar: meglio di tutti,
Sebben minor dell' inventore, in eſſa
Conobbi riuſcir, nè a lui per queſto
Quella, che ben gli ſtà corona in capo,
Di ſtrappare ardirei; ma ſolo io diſſi,
Che fangoſo egli ſcorre, e che ſovente
In tanta piena da levarſi io trovo
Più aſſai, che da laſciarſi. O dotto, in grazia,
Nulla riprendi tu nel grande Omero?
Forſe del Tragic' Azio niente emenda
Il Comico Lucilio? D' Ennio i verſi
Privi di gravità forſe non biaſma
Quando parla di ſe, ſenza ch' ei penſi

Cùm de se loquitur, non ut majore reprensis?
Quid vetat, & nosmet Lucili scripta legentes,
Quærere num illius, num rerum dura negarit
Versiculos natura magis factos, & euntes
Mollius? At si quis, pedibus quid claudere senis,
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus: Hetrusci
Quale fuit Cassi rapido ferventius amni,
Ingenium: capsis quem fama est esse, librisque
Ambustum propriis. Fuerit Lucilius, inquam,
Comis & urbanus, fuerit limatior idem,
Quam rudis, & Græcis intacti carminis auctor,
Quamque poëtarum seniorum turba: sed ille
Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum,
Detereret sibi multa, reciderct omne, quod ultra
Perfectum traheretur: & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.
Sæpe stylum vertas*, iterum quæ digna legi sint,
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus; an tua demens
Vilibus in ludis* dictari carmina malis?
Non ego; nam satis est equitem mihi plaudere: ut audax
Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.
Men' moveat cimex Pantilius? aut crucier, quod
Vellicet absentem Demetrius? aut quod ineptus

62. *Quale fuit Cassi &c.* Tam multa scripsit *Cassius Etruscus*, ut suis chartis, sive tabulis combustus fuerit. Versificator malus scriptorum illuvie rem litterariam fædavit.

77. Comica celebris fuit *Arbuscula* de qua Cicero lib. 4. Epist. ad Atticum inquit: *Quæris nunc de Arbuscula? valde placuit.* Ista cum forte exploderetur a populo, dixit sibi satis esse si Equitibus probaretur.

78. *Pantilius* Poeta, putidus, & ignobilis fuit, ideoque *Cimex* apellatus.

79. *Demetrium* hunc supra vidimus vers. 18. a Poeta *simii* prænomine sugillatum.

80. De *Fannio* pariter, *quadrato*, & de Ermogene dictum est Satira IV.

D' essergli superiore? Or chi mi vieta,
Che anch' io leggendo di Lucilio i scritti,
Cerchi se del suo ingegno, o de suoi temi
Ritrosa la natura, a lui più dolci,
O più finiti versi abbia negati?
Che se talun di chiudere sol pago
Tra sei piedi un concetto, avanti il cibo
Dugento versi, e più goda aver scritto,
E tanti dopo cena, qual fu l'uso
Di Cassio Etrusco più copioso, e presto
D' un rapido torrente; a cui, se il vero
Narra la fama, co' suoi libri, e scrigni
Per incendiarlo fu costrutto il rogo.
Fu Lucilio dirò faceto, e colto,
Fu più limato ancor di lui, che rozzo
Primo inventò tal verseggiar, che i Greci
Unqua tentaro, e de' Poeti antichi
Tutta vinse la turba; eppur se a questa
Nostra età dal destin fosse portato,
Molto s'emmenderebbe; da suoi scritti
Torrebbe ogni soverchio, e nel far versi
Si gratterebbe ben sovente il capo,
E l' unghie roderebbesi nascenti.
Spesso convienti rivoltar lo stile,
Se vuoi ciò scriver, che pur sia riletto;
E di pochi lettor contento, i plausi
Non dei cercar del volgo. Hai forse in pregio,
Che sian cantati nelle scole abbiette,
Pazzo i tuoi carmi? Io nò, mentre mi basta,
Che il Cavalier m'applauda, come disse
Arbuscola fischiata, allorchè ardita
Al vulgo spreggiator rese dispregio.
Del cimice Pantilio avrò pensiero?
O perchè me lontan Demetrio morda,

Fannius Hermogenis lædat conviva Tigelli?
Plotius, & Varius, Mœcenas, Virgiliusque,
Valgius, & probet hæc Octavius optimus, atque
Fuscus, & hæc utinam Viscorum laudet uterque.
Ambitione regalata te dicere possum,
Pollio; te, Messala, tuo cum fatre; simulque
Vos Bibule, & Servi; simul his te candide Furni;
Complures alios, doctos ego quos, & amicos
Prudens Prætereo, quibus hæc, sint qualiacumque,
Arridere velim, doliturus, si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teque, Tigelli,
Discipularum inter jubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc subscribe libello.

81. De *Plotio*, *Vario*, *Virgilio* vide Satiram V.

82. *Titus Valgius* Caii Valgii fortasse fuit frater, qui primum Medicinæ Librum Augusto dono dedit. Poeta erat clarus, ipsum enim Ode IV. Lib. II. invitat Horatius ut Augusti cantet Trophea. *Octavius* erat Poeta, & Historicus.

83. *Fuscus Aristius* illustris Grammaticus, Poeta, & Rhetor. *Visci* duo fratres Senatores, & Poetæ incliti, quorum alter vocabatur Viscus Taurinus.

85. De *Pollione* diximus superius in hac Satira vers. 42. Ex patricia gente Valeria *fratres Messale* erant. primus Marcus Valerius Messala Corvinus, alter Marcus Valerius Messala Barbatus: ambo ingenio, dignitate, & divitiis clarissimi.

86. *Bibulus* fortasse erat filius Marci Calphurnii Bibuli, qui Consul fuit anno *695*. *Servius* erat filius Servii Sulpicii, qui Ciceronis amicitiam per familiares litteras colebat. *Furnius* non tam in re litteraria, quam militari excellebat. Consulatum obtinuit anno V. C. *737*. Omittit Propertium, atque Tibullum fortasse præmortuos.

91. *Jubeo plorare:* locutio est græca, imprecandi formula.

92. *subcribe*, idest hanc Satiram adde priori Satiræ *Eupolis*, *atque Cratius*. Hoc significat Poetam in sua sententia velle persistere.

Porrommi in pena? O perchè Fannio il goffo
D' Ermogene Tigello commensale
Mio nome offenda? Ah nò: Vario, e Mecena,
Plozio, Virgilio, e Valgio, e Ottavio onesto
Approvin questi versi, e Fusco insieme,
E voglia il ciel, ch' entrambo i Vischi ad essi
Sien di laudi cortesi. Te, Pollione,
Rimota ogni ambizion, nominar posso,
E te, Messala, col German; voi pure
Bibulo, e Servio: a questi insieme unisco
Te sincero mio Furno, ed altri molti,
Che a studio io taccio, dotti amici, e cari,
A cui, qual che poi sian questi miei carmi,
Vorrei tornasser grati, e sarei mesto
Se men ch' io spero, fosser loro accetti.
Demetrio, e Tu Tigello, fra le schiere
D' imbelli femminette, e di fanciulli
Garrir sempre possiate. Vanne, o servo,
E queste carte al picciol libro aggiungi.

Digitized by Google

SERMONUM
QUINTI HORATII FLACCI
LIBER II.



SATIRA I.

Fingit ſe cum Trebatio deliberare utrum a ſcribendis Satiris abſtineat.

DIALOGUS

HORATIUS, ET TREBATIUS.

H. SUNT quibus in Satira videar nimis acer, & ultra
Legem tendere opus: ſine nervis altera, quicquid
Compoſui, pars eſſe putat, ſimileſque meorum
Mille die verſus deduci poſſe. Trebati*,
Quid faciam, præſcribe: *Treb.* Quieſcas. *Hor.* Ne faciam, iniquis,
Omnino verſus? *Treb.* Aio. *Hor.* Peream malè, ſi non
Optimum erat: verum nequeo dormire. *Treb.* Ter uncti
Tranſnanto* Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto;
Irriguumque mero ſub noctem corpus habento.
Aut, ſi tantus amor ſcribendi te rapit, aude
Cæſaris invicti res dicere, multa laborum

Sat. Lib. 2. Ex lege Decemvirali in eum, qui malum carmen feciſſet, quod alicui infamiam, & labem graviorem inureret, pœna capitis ſancita fuerat. Timere ſimulans Horatius, ne contra legem hanc peccaverit, Trebatium Juriconſultum feſtive conſulit, ac ſibi reſpondentem inducit. Hinc Trebatium pariter, & adverſarios urbaniſſima irriſione carpit Poeta. Adſcribitur huic ſatiræ annus V. C. 732. vel 733.; quo tempore Auguſtus Orientem verſus profectus eſt, ut a Partis Romanas Aquilas reciperet. Horatius agebat annum ætatis ſuæ 43., vel 44.

DE' SERMONI

DI QUINTO ORAZIO FLACCO

LIBRO II.



SATIRA I.

Si difende piacevolmente dall' accusa di coloro, che la soverchia sua maldicenza riprendevano, e lo consigliavano a cessare dallo scriver Satire.

DIALOGO

ORAZIO, E TREBAZIO.

Oraz. *SONVI cui nella Satira di troppo*
Sembro mordace, e in opra tal la legge
M' accusan di passar: privo di forza
Tutto ciò, che compongo ad altri appare:
E mille eguali a' miei versi in un giorno
Potersi schicherar pensano molti.
Che debba far, Trebazio mio, m' insegna.
Tr. *Tienti in riposo.* Or. *Tu mi dì, che affatto*
Niun verso io dunque scriva? Tr. *Appunto il dico.*
Or. *Poss' io perir, se non sia questo il meglio;*
Però dormir non posso. Treb. *Il Tebro a nuoto*
Passin color tre volte unti d'ulivo,
Cui fà mestier d'un alto sonno, e pieno,
Abbian la sera di buon vino il corpo.
O se tanto di scrivere t' accende
Indomabil desir, d' Augusto invitto
Osa cantar l' imprese, ch'al travaglio
Rispondente n'avrai larga mercede.

Præmia laturus. *Hor.* Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt: neque enim quivis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuſpide Gallos,
Aut labentis equo * deſcribat vulnera Parthi.
Tr. Attamen & juſtum poteras *, & ſcribere fortem
Scipiadam, ut ſapiens Lucilius. *Hor.* Haud mihi deero,
Cum res ipſa feret. Niſi dextro tempore, Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem:
Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.
Tr. Quanto rectius hoc, quam triſti lædere verſu
Pantolabum ſcurram, Nomentanumve nepotem?
Cum ſibi quiſque timet, quamquam eſt intactus, & odit.
Hor. Quid faciam? ſaltat Milonius, ut ſemel icto
Acceſſit fervor capiti, numeruſque lucernis.
Caſtor gaudet equis; ovo prognatus eodem
Pugnis. Quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum
Millia. Me pedibus delectat claudere verba
Lucilî ritu, noſtrum melioris utroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus, olim
Credebat libris; neque, ſi malè ceſſerat, uſquam
Decurrens alio, neque ſi benè: quo fit, ut omnis
Votivâ pateat veluti deſcripta tabellâ

21. *Quam triſti lædere verſu &c.* Satira VIII. Lib. I. dixerat Horatius *Hoc in feræ plebi ſtabat commune ſepulcrum, Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti.*

24. *Saltat Millonius &c.* Obiter carpit Millonium nobilem Romæ virum, quod vino, & æbrietate nimium indulgeret. Ebriis caput æſtuat, & *Lucernæ* multiplicantur.

26. *Caſtor gaudet equis &c.* Caſtor, & Pollux geniti ex ovo a Poëtis dicuntur, cum Jupiter mutatus in cygnum Lædam ipſorum matrem adiit. *Caſtor* amabat æquos, *Pollux* pugnas cæſtuum.

30. *Ille velut fidibus &c.* Horatius tueri conſtanter voluit quidquid contra Lucilium alibi dixerat; hinc Satiricam in eo exercet acum laudum integumento belle abſconditam.

Or. *Mancan, buon Padre, al voler mio le forze;*
Mentre non tutti hanno d' espor possanza
Gl' orridi campi astati, o i moribondi
Galli col dardo infranto, o i contumaci
Cadenti dal destrier Parti feriti.
Tr. *Lui però giusto dir potresti, e forte,*
Come fe' con Scipion Lucilio saggio.
Or. *Quando s' offra occasion farlo desìo.*
Ma se opportuno non ben colgo il tempo,
In van di Flacco le parole accesso
Avranno al cor d' Augusto, cui se ardissi
Sollecitar con lodi, d' ogni parte
Da virtute difeso ei sen adira.
Tr. *Quanto fia meglio ciò, che non l' osceno*
Nomentano, o Pantolabo buffone
Con funesto oltraggiar verso mordace.
Mentre, sebben da te non tocco, ognuno
Per se stesso paventa, e te abborrisce.
Or. *Che deggio far? Tosto che al capo offeso*
Il vinoso salì vapore, e doppio
Rappresentò delle lucerne il lume,
Milonio salta. De' cavalli amante
Castore è sol: colui, che dallo istesso
Uovo con lui sortì, sol pregia il cesto.
V' han tante inclinazion, quante nel mondo
Migliaja di mortai. Scrivere i versi
Sullo stil di Lucilio a me sol piace,
Ch' è d' ambo noi migliore. Ai libri un tempo,
Come a fedeli amici, egli i secreti
Fidar solea, ne se alcun bene, o cruccio
Mai gli accadesse, avea ricorso altrove.
Quindi è, che tutta del buon vecchio a noi,
Qual su votiva tavoletta espesa,
La vita appar. Questi segu' io dubbioso,

Vita ſenis*. Sequor hunc*, Lucanus, an Appulus, anceps*:
Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus,
Miſſus ad hoc, pulſis (vetus eſt ut fama) Sabellis,
Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis;
Sive quod Appula gens, ſeu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. Sed hic ſtylus haud petet ultro
Quemquam animantem, & me veluti cuſtodiet enſis
Vaginâ tectus: quem cur diſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus? O pater, & rex
Jupiter, ut pereat poſitum rubigine telum,
Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis! at ille,
Qui me commorit, (melius non tangere, clamo)
Flebit, & inſignis totâ cantabitur urbe.
Cervius iratus leges minitatur, & urnam;
Canidia Albutî, quibus eſt inimica, venenum;
Grande malum Furius, ſi quis ſe judice certet.
Ut, quo quiſque valet, ſuſpectos terreat, utque
Imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit; unde, niſi intus
Monſtratum? Scævæ vivacem crede nepoti
Matrem... *T.* Nil faciet ſceleris pia dextera. *H.* Mirum?
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos;
Sed male tollet anum vitiato melle cicuta.

47. Forte *Cervius* erat quidam ea ætate accuſaror, vel Prætoris ſatelles. *Urna judiciaria* vocabatur illa, in qua judices ſuffragia ponebant.

48. *Canidia Albuti &c.* Inſignis venefica fuit *Canidia*, de qua pluries dictum eſt: patris improbi, nomine *Albuci*, -improba filia, venenum, ideſt artis ſuæ ſortilegia inimicis minitabatur.

49. *Grande malum &c. Furius* erat Senator, lucri avidus, & vindictæ. Animi vitiis inſerviens propria in alienum damnum abutebatur dignitare.

53. *Scævæ vivacem crede nepotî matrem*. Inhumanus homo hic *Scæva* longevam matrem veneno confecit. Deficientibus tanto ſcelere teſtibus, vel judice corrupro, abſolutus forſitan Scæva fuerat. Acriter eum momordit Horatius.

Se Lucano m' apelli, ovver Pugliese;
Mentre sotto i confin d' ambo le genti
Il Venosin colono ara i suoi campi,
A ciò spedito, (com' è fama antica),
Perchè espulsi i Sanniti, alcun nemico
Nel mal difeso suol non fesse ingresso,
O perchè la Pugliese, o la Lucana
Nazion feroce non portasse al Lazio
Guerra improvisa. Ma vivente alcuno
Senza cagion non ferirà il mio stile,
E me qual spada dentro il fodro ascosa
Difenderà. Da fier ladron sicuro,
Perchè l' imbrandirò? Pera, ten priego
Gran Giove Padre, e Re: di rugin pera
Questo obliato brando, e alcun non v' abbia,
Che me di pace desioso offenda.
Ma chi m' insulterà (grido, ch' è meglio
Di non toccarmi) pentirassi, e intorno
Per tutta la città favola andranne.
Leggi minaccia Servio irato, ed Urna:
E Canidia d' Albuzio, a chi è nemica
Mesce velen: Turio gran danno annuncia
Se alcun con lui, ch' è giudice, contenda.
Come ciascun, qual meglio può, i nemici
Cerchi atterrire, e come ciò natura
Possente imponga, così meco apprendi.
Col dente il lupo assal, col corno il toro:
E d' onde mai, se non da interna legge
Puote questo imparar? Viva sua Madre
Al molle Sceva affida.... Tr. *Alcun delitto*
Non tenterà la sua pietosa destra.
Or. *N' hai maraviglia? Come il lupo alcuno*
Coll' unghia non assal, nè il bue col dente.
Ma funesta cicuta unita al mele

Ne longum faciam: ſeu me tranquilla ſenectus
Exſpectat, ſeu mors atris circumvolat alis;
Dives, inops; Romæ, ſeu, fors ita juſſerit, exul;
Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color. *Tr.* O puer, ut ſis
Vitalis metuo; & majorum ne quis amicus
Frigore te feriat. *Hor.* Quid? cum eſt Lucilius auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem,
Detrahere & pellem, nitidus quâ quiſque per ora
Cederet, introrſum turpis; num Lælius *, & qui
Duxit ab oppreſſâ meritum Carthagine nomen,
Ingenio offenſi? aut læſo doluere Metello *?
Famoſiſque Lupo cooperto verſibus? Atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim;
Scilicet uni æquus virtuti, atque ejus amicis.
Quin ubi ſe a vulgo, & ſcenâ in ſecreta remorant
Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Lælii;
Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti. Quidquid ſum ego, quamvis
Infra Lucilî cenſum, ingeniumque; tamen me
Cum magnis vixiſſe invita fatebitur uſque
Invidia; & fragili quærens illidere dentem,
Offendet ſolido: niſi quid tu, docte Trebati,

74 *Donec decoqueretur olus &c.* Olera, & legumina erant lautiſſimæ eorum temporum æpulæ, quibus affluebant menſæ, namque uſus carnium quam parciſſimus *Sumptuaria lege* Fannii *de Conviviis* permittebatur. Coqui tam belle legumina condiebant, ut palatum ad ea pruriſceret.

75. *Infra Lucilii cenſum &c.* Hæc vox *cenſus* a recenſendis civium nominibus, moribus, divitiis, uſurpata eſt etiam ad ſignificandos reditus. Lucilius ex equeſtri, divitique familia Horatium cenſu longe vincebat.

77. Metaphorice dictum. *Lege* fabulam limæ, & viperæ lib. 4. Phedri.

La vecchia ucciderà. Tronchiam gli accenti.
O me tranquilla la vecchiezza aspetti,
O già la morte con le sue negre ale
Mi voli intorno; bisognoso, o ricco;
In Roma, o se la sorte il voglia, in bando:
Qualunque sia della mia vita il corso,
Io sempre scriverò. Treb. *Ah figlio, io temo,*
Che tu molto non viva, e che taluno
De' più possenti cittadini amico
Non ti faccia provar l'ultimo freddo.
Or. *Ecchè? Quando Lucilio osò primiero*
Porre i suoi versi a quest'oggetto in opra,
E la pelle strappare, onde ciascuno
Bello sen gia presso la gente, e dentro
Era difforme, forse Lelio, o quegli,
Che da Cartago oppressa il meritato
Cognome trasse, ne accusar l'ingegno?
O si lagnaro per Metello offeso?
O perchè Lupo di famosi versi
Fu da lui carco? Epppure egli i primati
Del popolo sferzò, nè della plebe
Risparmiò le tribù: che a virtù sola,
E agli amici di lei parzial serbossi.
Anzi qualor dal vulgo, e dal Teatro
L'invitto Scipio, e il dolce Lelio, e saggio
Passavano ad oziar cheti in secreto,
Con lui solean scherzar, con lui deposta
La gravità, finch'era pronto il cibo,
Solean giuocar. Qual ch'io mi sia, l'ingegno
Sebben non ho pari a Lucilio, e il censo,
Ch'io però vissi con persone illustri
Confesserà mal grado suo l'invidia,
E contra me spinger volendo il dente,
Solido troverammi, anzichè molle.

Dissentis: Equidem nihil hinc diffingere possum.
Tr. Sed tamen ut monitus caveas, ne forte negotî
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum:
Si mala condiderit * in quem quis carmina, jus est,
Judiciumque. *Hor.* Esto: si quis mala; sed bona si quis
Judice condiderit laudatus Cæsare? si quis
Opprobriis dignum latraverit, integer ipse?
Tr. Solventur risu tabulæ: tu missus abibis.

SATIRA II.

Sumptuosi victûs incommoda: frugalitatis emolumenta.

QUÆ virtus, & quanta, boni, sit vivere parvo,
(Nec meus hic sermo est *; sed quæ præcepit Ofellus
Rusticus, abnormis sapiens, crassâque Minervâ)
Discite, non inter lances, mensasque nitentes;
Cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum
Adclinis falsis animus meliora recusat:
Verum hic impransi mecum disquirite. Cur hoc?
Dicam, si potero. Male verum * examinat omnis
Corruptus judex. Leporem sectatus *, equove
Lassus ab indomito; vel (si Romana fatigat

84. *Laudatus Cæsare &c.* Fortuito hoc dicere videtur; sed invidis fortasse hominibus significat sua opera ab Augusto probari.

Sat. II. De frugalitate ingeniose magis quam vere Philisophi omnes disserunt. Horatius lepidissima utitur ratione, quam facillime propositam cuique sententiam persuadeat. Frugalitas, ait, satis per se ipsa apetitum explet, & magna affert animi, & corporis commoda. Simplices hæ duæ propositiones hanc satyram componunt. Scripta fuit anno circiter V. C. 726. Horatii nati 36.

Nulla dal mio parer cangiarmi io posso,
Se pur, Dotto Trebazio, in parte alcuna
Non discordi da me. Treb. *Ti guarda almeno,*
Che molto forse non ti dia che fare
Delle prescritte leggi essere ignaro:
Se alcun contro d' altrui versi cattivi
Avrà composti, azione avvi; e giudizio.
Or. *Sia dei versi cattivi: ma se alcuno*
Buoni versi avrà scritti, e n'abbia il voto
Favorevol di Cesare? Se alcuno,
Uom giusto essendo, chi di biasmo è degno
Avrà incolpato? Treb. *Scioglierassi in riso*
Tosto l'accusa, e tu n'andrai dimesso.

SATIRA II.

Biasima il lusso soverchio nelle mense, ed i golosi riprende; poscia esposti i danni dell' intemperanza, leggiadramente descrive i vantaggi della frugalità.

Non fra i piatti, i bicchier, le ricche mense,
Dove insano fulgor ne abbaglia i lumi,
E dove il cor, che a vanitade inchina,
Ai precetti è restio; ma qui digiuni,
Quanta, e qual sia virtù viver col poco,
Amici, insiem cerchiam. Non io l' autore
Son di questo sermon, ma il rozzo Offello;
Cui nessuna istillò scuola il sapere,
E ch' uom culto non è, tanto prescrive.
Perchè questo? Il dirò quando lo possa.
Di conoscere il ver presume indarno
Il Giudice corrotto. Un lepre insegui;
Da indomito destrier stancar ti lascia;

Militia aſſuetum græcari) ſeu pila velox,
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem,
Seu te diſcus agit, pete cedentem aëra diſco:
Cum labor expulerit faſtidia; ſiccus, inanis
Sperne cibum vilem: niſi Hymettia mella Falerno,
[illegible]biberis, diluta. Foris eſt promus, & atrum
Defendens piſces hiemat mare. Cum ſale panis
Latrantem ſtomachum bene leniet. Unde putas? aut
Quî partum? non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt. Tu pulmentaria quære
Sudando. Pinguem vitiis, albumque neque oſtrea,
Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagoïs.
Vix tamen eripiam, poſito pavone *, velis quin
Hoc potius, quam gallinâ tergere palatum,
Corruptus vanis rerum; quia veneat auro
Rara avis, & pictâ pandat ſpectacula caudâ:
Tamquam ad rem attineat quidquam. Num veſceris iſtâ,
Quam laudas, plumâ? Cocto num adeſt honor idem?
Carne tamen quavis diſtat nihil, hac magis illa; et

13. *Seu te diſcus agit &c.* Diſcus eſt maſſa ferrea, vel lapidea, vulgo plana, & rotunda, quæ per aerem ad certam metam coniicitur.

15. *Niſi Hymettia mella &c. Hymettus* mons Atticæ, ubi flores optimi, & mel exquiſitum. Vinum *Falernum* erat auſterius, & durius; hinc diluebatur, & mitigabatur melle.

16. *Foris eſt Promus.* Servus, qui cibos a penu promit, dicitur *Promus.*

17. *Cum ſale panis &c.* Plebs vilis, & servi ſale tantum, & aceto condiebant panem, eoque vix unice veſcebantur.

22. *Nec Scarus &c.* Piſcis exquiſitus erat *Scarus*, prætio, & raritate clarus. *Lagoïs* erat fortaſſe peregrina avis, quæ colorem, & ſaporem leporinæ carnis habebat. Romæ magni æſtimabatur.

Oppur, ſe uſato alla mollezza greca
La milizia romana a te par grave,
Slancia veloce palla, ſe diletto
Da ciò ne trahi, che la fatica inganni;
O ſe il Diſco ti piace, apri col diſco
L'aria, che cede: e quando dal travaglio
Fia ſcacciata la nauſea, diſprezza
Vuoto, aſſettato, il cibo vile, e nulla
Bevi, ſe pur non hai mele d'Imetto
Nel Falerno ſtemprato. Il Diſpenſiero
Oggi in caſa non è: difende i peſci
Il procelloſo mar. Fia il pan col ſale
Lo ſtomaco a placar cibo gradito.
Onde proviene ciò? Tu che ne penſi?
Lo ſquiſito ſapor non nell'odore
Grato de' cibi, ma in te ſteſſo eſiſte.
Renditi col ſudar dolci al palato
Le tue vivande; mentre a lui, che pingue
Ha per lo cibo, e viziato il corpo,
Ne l'oſtriche, nè'l Scaro, nè qualunque
Straniero Augel potrà ſembrar guſtoſo.
Pure appena otterrei, cotanto il vano
Delle coſe ſplendor giunge a ſedurti,
Che a dilettar lo tuo palato ingordo
Più che il Pavon, che ti è recato innanzi,
La Gallina ſciegließi, perchè coſta
Molt' oro il raro Augello, e ſulla pinta
Occhiuta coda maraviglie ſpiega;
Quaſi che ciò punto appartenga al guſto.
Di queſta piuma, che cotanto eſalti,
Forſe ti paſci? O ſerba forſe ancora
Cotto coteſto Augel la ſua beltade?
Mentre però niente più queſta à quella
Carne prevale nel ſapore, è chiaro,

Imparibus formis deceptum te patet. Esto:
Unde datum sentis, lupus hic, Tiberinus, an alto
Captus hiet? pontes ne inter jactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? laudas, insane, triliberem
Mullum; in singula quem minuas pulmenta necesse est.
Ducit te species, video; quo pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Majorem natura modum dedit, his breve pondus.
Jejunus raro stomachus vulgaria temnit.
Porrectum magno magnum spectare catino
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus. At vos
Præsentes Austri, coquite horum obsonia. Quamquam
Putet aper, rhombusque recens, mala copia quando
Ægrum sollicitat stomachum; cum rapula plenus,
Atque acidas mavult inulas. Necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum: nam vilibus ovis,
Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem*
Galloni prætoris erat acipensere mensa
Infamis. Quid? tum rhombos minus æquor alebat?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido;
Donec vos auctor docuit prætorius*. Ergo
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos;
Parebit pravi docilis Romana juventus.

32. *Amnis Tuscus* dicitur Tiberis, qui e Tuscia in mare Thyrenum profluit.

33. *Laudas insane trilibrem Mullum*. Piscis est *Mullus* omnibus notus, vulgo *Triglia*. Teste Gallieno, ex lupate, & capite Mulli vino mistis, fiebat garum, quo spargebatur coctus Mullus, & in partes cæsus.

37. Versus hic *Jejunus raro stomachus vulgaria temnit*, auctore Dozighello, delendus videtur tanquam Horatio indignus. Fortasse textui insertus fuit ab exscriptore aliquo, vel Grammatico.

41. *Quanquam &c.* Festiva correctio prioris imprecationis.

42. Piscis *Rhombus* maxime Romanis in deliciis erat. Optimus putabatur Ravennæ captus.

44. *Inulæ* sunt utiles ad appetitum excitandum, quia viscosam pituitam incidunt.

Che l' inegual beltà esterior t' inganna.
Ma via, donde sai tu, che questo lupo
Fosse preso nel mare, ovver nel Tebro?
Se agitato tra i ponti, oppur del fiume
Toscan presso alla foce? Esalti, o stolto,
Un mullo di tre libbre, e in molti pezzi
Ti è poi mestier partirlo. Il sò, ti move
La grandezza di lui: dunque a qual fine
Sprezzare i grossi Lupi? Perchè a questi
La natura accordò mole più grande,
E picciol peso sol concesse a quegli.
Rade volte i vulgar cibi disprezza
Lo stomaco digiuno. Io vorrei sempre
Sù gran bacile aver gran pasto innanzi,
Dice il goloso a ingorda Arpia simile.
Deh i cibi di costoro, Austri possenti,
Voi corrompete; sebben l' apro, e il fresco
Rombo già pute, allorchè il troppo cibo
Il nauseato stomaco sconvolge,
Che già satollo i raperonzol cerca,
E l' inule acetose: ancor sbandita
Tutta non è dalle superbe mense
La povertà, ch' agli ovi abbietti anch' oggi
Luogo si accorda, e alle mature olive.
Di Gallonio Pretor non così un tempo
Per lo Storion famosa era la mensa:
Che? meno allor nudriva i Rombi il mare?
Eppur sicuro il Rombo era, e sicura
La Cicogna vivea dentro il suo nido;
Finchè tai cibi un Cucinier Pretorio
A voi mostrò. Dunque se alcuno adesso
Ordin mandasse, che arrostiti i smerghi
Son più gustosi, ubbidirebbe al cenno
Docile al mal la gioventù di Roma.

Sordidus a tenui victu distabit, Ofello
Judice. Nam frustra vitium vitaveris illud,
Si te alio pravus detorseris. Avidienus,
Cui Canis ex vero ductum cognomen adhæret,
Quinquennes oleas est, & silvestria corna;
Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum; &
Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, natalis, aliosve dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu sapiens utetur? Et horum
Utrum imitabitur? Hac urget lupus, hac canis angit.
Mundus erit, qui non offendat sordibus, atque
In neutram partem cultûs miser. Hinc neque servis,
Albucî * senis exemplo dum munia didit,
Sævus erit; nec sic ut simplex Nævius *, unctam
Convivis præbebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc victus tenuis quæ, quantaque secum
Adferat. In primis valeas bene: nam variæ res
Ut noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. At simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis;
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis

55. *Avidienus* homo sordidi, & immundi victus, ideoque *Canis* merito appellatus, quod nullam habebat servis fidem, ipsemet vasculo corneo bilibri putidum instillabat oleum caulibus.

60. *Ille repotia &c.* Epulæ, quæ peractis nuptiis agebantur postridie, vocabantur *Repotia*, ita dictæ, quod pridiana potatio repeteretur.

61. *Albatus celebret*. In Sacrificiis, spectaculis, & præsertim conviviis *albata vestis* adhibebatur *convivalis* dicta.

Da una vita ſrugal molto è diſtante,
Per giudizio d' Oſſello, il ſozzo avaro:
Che in van tal vizio ſchivi, ſe in un altro
Non men deſorme inciampi. Avidieno,
A cui tolto dal ver viene applicato
Il cognome di Can, ſracide olive
Mangia, e ſilveſtri corni, e cavar teme
Il vin, ſe non già guaſto, e dall' antico
Bilibre vaſo parcamente iſtilla
D' inſoffribile odor l' olio ſull' erbe,
Sebbene in bianca veſte egli le nozze
Celebri, o il ſuo natale, o gli altri giorni
Sacri, e feſtivi. Di qual vitto il ſaggio
Dunque uſerà? Chi imiterà fra queſti?
Qui aſſale il lupo, quì minaccia il cane.
Quegli giuſto ſarà, che niuno offenda
Col ſordido riſparmio, e fra le due
Vizioſe parti un trattamento abbracci
Sempre mediocre. Ei non ſarà crudele,
Siccome il vecchio Albuzio, allor che ai ſervi
Gli uſſicj aſſegna; nè qual Nevio incauto,
Torbida al commenſal porgerà l' acqua;
Che un vizio è queſto molto grande anch' eſſo.
Or quanti, e quali il viver parco arrechi
Vantaggi aſcolta. Tu ſtai bene in prima,
Poichè creder ben dei dannoſi all' uomo
I varj cibi, ſe rammenti il paſco
Semplice, e ſolo, onde viveſti un tempo.
Ma toſtochè meſci gli arroſti ai leſſi,
E le conchilie inſiem confondi ai tordi,
Si cangieranno i dolci ſughi in bile,
E apporterà lento catarro al petto
Noja, e tumulto. Dalla dubia cena
Vedi qual s' alzi ognun pallido in volto?

Digitized by Google

Cenâ desurgat dubiâ? quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat unà,
Atque adfligit humo divinæ particulam auræ.
Alter, ubi dicto citius * curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam;
Sive diem festum rediens advexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus: ubiue
Accedent anni, & tractari molliùs ætas
Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad istam,
Quam puer, & validus præsumis, mollitiem, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia nasus
Illis nullus erat; sed, credo, hac mente, quod hospes
Tardiùs adveniens vitiatum commodiùs, quàm
Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset!
Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam? grandes rhombi, patinæque
Grande ferunt unà cum damno dedecus. Adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et frustrà mortis cupidum; cum deerit egenti
As, laquæi pretium. Jure, inquis, Thrasius istis
Jurgatur verbis: ego vectigalia magna,

Anxi

77. *Cena desurgat dubia*. idest desurgat e lautissima cæna, ubi convivæ dubitant quas gustent potissimum dapes, ita multæ, & variæ sunt.

89. *Rancidum Aprum* laudabant antiqui ut indicium frugalitatis: quia id erat signi Aprum sæpius mensæ appositum fuisse, & frustatim, diuque comesum.

99. *Jure, inquis, Thrausius istis* &c. Nepotis objectio est. Homo pauper si nimium gulæ indulgeat, jure reprehendi poteit, non autem qui abundat opibus. *Thrasius*, vel *Thrausius* hoc animi morbo laborabat.

Anzi gravato il corpo dai soverchi
Cibi ingojati, anche lo spirto insieme
Con seco aggrava, e quella, onde abbiam vita,
Porzion d' aura divina, umilia al fango.
L' altro, poichè con breve cibo al corpo
Diede ristoro, e quindi cesse al sonno,
Sorge robusto, e a suoi doveri è pronto.
Ei però qualche volta a miglior pasto
Potrà passar, ossia che un dì festivo
Torni al tornar dell' anno, ossia che voglia
Porger sollievo alle spossate membra
Quando crescano gli anni, e più cortese
L' età imbecille il trattamento esigga.
Quale all' incontro accresceraßi a questa,
Che tu giovane, e sano ora costumi
Strana mollezza, se t' assale unquanco
Tarda vecchiaja, o malattia dogliosa?
Non perchè privi d' odorato, in pregio
Il rancido Cinghiale avean gli antichi,
Ma ad oggetto cred' io, che a mensa il trovi
Guasto piuttosto il forastier tardivo,
Che dal ghiotto padron consunto affatto.
Volesse il Ciel, che me fra questi eroi
Mandato avesse l' età prisca in luce!
Stimi il buon nome, che più grato sempre
D' ogni canzon l' uman' orecchio alletta?
I gran rombi, e i gran piatti insiem col danno
Portan gran disonor. Lo zio sdegnato
Aggiungi, e i tuoi vicin: te stesso ingiusto
Contro te stesso, e in van di morte ansioso,
Quando, reso meschin, poco danaro
Prezzo d' un laccio mancheratti al fine.
A ragion, tu mi dì, con questi accenti
Trasio accusar si dee, non io, che grandi
H

Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Ergo,
Quod superat, non est melius quo insumere possis?
Cur eget indignus quisquam te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deum? cur, improbe, caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?
Uni nimirum tibi rectè semper erunt res?
O magnus posthac inimicis risus! uterne
Ad casus dubios fidet sibi certiùs? Hic, qui
Pluribus assuerit mentem, corpusque superbum;
An qui contentus parvo, metuensque futuri,
In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego parvus Ofellum
Integris opibus novi non latiùs usum,
Quam nunc accisis. Videas metato in agello
Cum pecore, & gnatis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temere edi luce profestâ
Quidquam, præter olus fumosæ cum pede pernæ.
Ac mihi seu longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus; bene erat, non piscibus urbe petitis,
Sed pullo, atque hædo: tum pensilis uva secundas,

101. *Ergo quod superat &c.* Offellus objectionem resolvit affirmans, divitias, quæ necessariis supersunt vitæ commodis, insumendas esse in privatæ, reique publicæ utilitatem.

112. Videtur hactenus locutum fuisse Offellum. Jam Horatius illi adstipulatur, ejusque axiomata confirmat exemplis.

114. Offellus in eandem incidit fortunam, vigente civili bello, atque Virgilius, Tibullus, Propertius, aliique. Eorum agri ab Octavio victori distributi sunt in milites veteranos, qui contra Brutum, & Cassium in prælio Philippico pugnaverant, Offelli prædia data sunt cuidam *Umbreno*, qui postea Offello ipso Villico usus est; antequam hi agri dividerentur, metati sunt.

Poſſeggo entrate, e tai vanto ricchezze
Baſtanti per tre Re. Dunque non avvi
Come meglio impiegar ciò, che ti avanza?
Perchè colui, che povertà non merta,
Di te ricco ha biſogno? E perchè i Templi
Antichi degli Dei caggiono al ſuolo?
Perchè, crudel, di tal teſoro alcuna
Porzion non verſi per la patria cara?
Sempre dunque a te ſol ſia amico il Fato?
Oh qual di riſo obbietto a tuoi nemici
In avvenir ſarai! Ne dubbj caſi
Chi più fiducia avrà? Forſe coſtui,
Che a molte, e grandi coſe il corpo altero,
E la mente avvezzò? O lui, che pago
Del poco, e del futuro timoroſo,
Avrà da ſaggio della pace in ſeno
L'arme provviſte più opportune in guerra?
Perchè ſede maggior preſti a tai detti,
Fanciullo ancor, conobbi io ſteſſo Offello,
Non più ampiamente de' ſuoi beni interi
Uſare allora, che non faccia adeſſo,
Che ſcemati gli fur. Dolce il vederlo
Del non più ſuo poder reſo Caſtaldo,
Avente il grege, e i cari figli intorno,
Così parlar pien di fermezza il core.
Non io ſenza cagion fuorchè gli erbaggi,
E un piè di porco diſſeccato al fumo,
Altro mangiai ne' dì comuni unquanco;
Che ſe dopo gran tempo un dolce amico;
Oppur qualche vicin, ſendo ſoſpeſa
Ogni opra per la pioggia, a me venìa,
Gran coſa mi parea la cena ad eſſi
Non di peſci appreſtar compri in cittade,
Ma d'un pollo, o d'un capro: indi la noce,

Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat culpâ potare magistrâ:
Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractæ seria frontis.
Sæviat, atque novos moveat fortuna tumultus;
Quantum hinc imminuet? Quanto aut ego parciùs, aut vos,
O pueri, nituistis, ut huc novus incola venit?
Nam propriæ telluris herum natura, neque illum,
Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit ille;
Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris,
Postremum expellet certè vivacior hæres.
Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: sed cedet in usum
Nunc mihi, nunc alii. Quocirca vivite fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

123. *Post hoc ludus erat &c.* Solebant Romani, cum potarent, aliquem bibendi arbitrum, & magistrum Convivii, seu Regem (ut vocabant) constituere, qui præscriberet quot quisque cyatos, quo tempore, & pacto biberet. Ita in Offelli ludo *culpa* cujusque erat veluti *Magistra* vini. Legunt alii *Cuppa magistra*. Dorighellus textum corruptum in hoc esse, & in sequentibus duobus versibus affirmat.

125. *Explicuit vino &c.* Tribuit Cereri quod est Bacchi, quia in hujus Deæ cultum, honoremque bibebant.

132. *Aut vafri juris* &c. Jus vafrum significat vaferrimas Fori technas, & strophas. Sat. III. Lib. I. Alphenus vocatur *vafer*, quia apprime curialium omnes callebat controversiarum nodos, solutiones, effugia, offendicula.

E colla penſil uva il groſſo fico
Era ornamento alla ſeconda menſa:
Solo il bicchier dappoi l' arbitrio avea
Del bever noſtro, e venerata in prima
Cerere, acciò ſorgeſſe in alto mucchio,
Dalla rugoſa fronte il vin sbandiva
Ogni ſerio penſier. Ora infieriſca,
E nuovi a danno mio deſti la ſorte
Tumulti, ſe lo può: che mai le reſta
Di ſcemar dal mio vitto? Dacchè venne
Queſto nuovo padron, quanto viſs' io
Più parcamente, o voi viveſte o figli?
Giacchè natura della propria terra
Nè me, nè lui, nè verun altro al certo
Signore ſtabilì. Da lui ſcacciati
Noi fummo è ver: lui caccierà del pari
O il vizio, o i colpi non previſti innanzi
Del cavilloſo Foro, o infin l' erede,
Che più giovin di lui vivrà, più tardi.
Quel campo, che d' Umbreno or porta il nome,
E poc' anzi d' Offello era chiamato,
Di niun proprio ſarà; ma in uſo alterno
Quando a me paſſerà, quando ad altrui.
Forti perciò vivete; e a caſi avverſi
Sempre forte opponete, o figli, il petto.

SATIRA III.

Fusè tractat paradoxum illud Stoicum: omnes propemodum homines *insanire*.

Dam. Sic rarò scribis, ut toto non quater anno
Membranam poscas *, scriptorum quæque retexens,
Iratus tibi, quod vini, somnique benignus
Nil dignum sermone canas. Quid fiet? at ipsis
Saturnalibus huc fugisti sobrius. Ergo
Dic aliquid dignum promissis. Incipe: nil est;
Culpantur frustra calami, inmeritusqne laborat
Iratis natus paries * Diis, atque poëtis.
Atqui vultus erat multa, & præclara minantis,
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit * stipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum comites educere? Quid? Tu
Invidiam placare paras, virtute relicta?
Contemnere, miser. Vitanda est improba Siren
Desidia; aut quicquid vitâ meliore parasti,
Ponendum æquo animo. *H.* Dii te, Damasippe*, Deæque
Verum ob consilium donent tonsore. Sed unde
Tam bene me nosti? *Dam.* Postquam omnis res mea Janum.

Sat. III. Ad singulos ferme mortales aliquam partem pertinet hæc Satyra. Si suam quisque partem sibi non sumit, ab aliis, velit, nolit, accipere cogitur. Inducit Horatius quemdam veluti Misantrophum, qui de mortalibus omnibus accerrime judicat. Quod maxime hanc Satyram commendat est mira Poetæ dexteritas in variandis rerum disceptationibus, & coloribus. Ex versu 308. colligere licet istam Satyram conditam fuisse anno V. C. 720. cum Horatius ageret ætatis annum 31.

5. *At ipsis Saturalibus huc fugisti*. Saturni Festa Decembri mense celebrabantur. In iis genium curabant, & convivali veste induti in publicum prodibant sibi invicem munera elargientes.

Digitized by Google

S A T I R A III.

Damasippo Stoico riprende il Poeta di inerzia: quindi s'introduce Stertinio a sviluppare quel Paradosso *che quasi tutti gl' uomini son pazzi.*

Dam. *Raro scrivi così, che in tutto un anno,*
Solo inteso a pulir quanto in addietro
Scriver ti piacque, quattro volte appena
Richieda il foglio, teco stesso irato,
Ch' oltre il dover cortese al vino, e al sonno,
Niente più canti ommai degno di laude.
Che pensi far? Dai Saturnali istessi
Tu qui fuggisti; or che sei dunque in pace,
Ciò che risponda a tue promesse imprendi.
Su via, scusa non hai; s' incolpa in vano
Da te la piuma; e l' innocente muro
Nato in odio ai Poeti, in odio ai Numi,
Percuoti in van. Pur molte cose, e grandi
Minacciavi al sembiante, se tranquillo
Sotto il tiepido tetto questa villa
T' avesse al fin raccolto. Acchè serviva
E Platone incassar dunque, e Menandro?
Acchè teco condur compagni illustri
Ed Eupoli, ed Archiloco? Che? Pensi
Col lasciar la virtù placar l'invidia?
Meschin, sarai spregiato. E' da schivarsi
L' oziosità quall' improba sirena,
O rinunciar spontaneamente a quella,
Che con vita miglior gloria acquistasti.
Or. *Pel consiglio fedel ti dian gli Dei,*
Damasippo, e le Dee qualche barbiere.
Ma sì ben come mai me conoscesti?
Dam. *Poichè ogni mia fortuna in mezzo al foro*

Ad medium* fracta eſt; aliena negotia curo,
Excuſſus propriis. Olim nam quærere amabam,
Quo vafer ille pedes laviſſet Siſyphus ære;
Quid ſculptum infabrè, quid fuſum durius eſſet.
Callidus huic ſigno ponebam millia centum:
Hortos, egregiaſque domos mercarier unus
Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriale
Inpoſuere mihi cognomen compita. *Hor.* Novi;
Et morbi miror purgatum te illius. *Dam.* Atqui
Emovit veterem mire novus; ut ſolet, in cor
Trajecto lateris miſeri, capitiſve dolore:
Ut lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urget.
Hor. Dum ne quid ſimile huic, eſto, ut libet. *Dam.* O bone, ne te
Fruſtrere: inſanis & tu, ſtultique propè omnes,
Si quid Stertinius veri crepat*; unde ego mira
Deſcripſi docilis præcepta hæc, tempore, quo me
Solatus juſſit ſapientem paſcere barbam,
Atque a Fabricio* non triſtem ponte reverti.
Nam malè re geſtâ, cum vellem mittere operto
Me capite in flumen; dexſter ſtetit, &, cave faxis
Te quidquam indignum. *Stert.* Pudor, inquit, te malus angit,
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi?

20. *Olim nam quærere amabam &c.* Antiquitatum omnium erat Damaſippus inepte curioſus: hinc veteres ſtatuas, & antiqua pocula maximo quæritans pretio, omnem rem patriam eliminaverat.

21. *Laviſſet Syſiphus ære.* Ære, ideſt concha, in qua Syſiphus Corinthi rex ſe laverit, pro quolibet vaſe antiquo, & raro.

23. *Ponebam millia centum.* Ponebam millia centena minorum ſeſtertiorum.

25. *Mercuriale impoſuere &c.* Mercurio dicatum eſt templum anno V. C. 259., & collegium iſtitutum eſt Mercatorum, qui vocabantur *Mercuriales*.

31. *Dum ne quid ſimile &c.* Eſto ut libet, reſpondit Horatius, modo pugnos a nobis tuo abſtineat. Salſe, & facete dictum,

Soffrì naufragio, alle facende altrui,
Privo d' affari miei, volgo la mente;
Che di cercare ero agognoso un tempo
Dentro qual vaso il Re Sisifo astuto
Lavati avesse i piè, qual fosse marmo
Rozzamente scolpito, e qual metallo
Fosse di getto troppo duro, ed aspro.
Gran prezzo ad ogni effigie accortamente
Si assegnava da me; sapevo io solo
Con guadagno comprar giardini, e case
Vaghe così, che i floridi mercàti
Di mercurial mi diedero il cognome.
Or. *Ti conobbi, e al vederti or mi stupisco*
Sano d' un tal malor. Dam. *Ma il morbo antico*
Restò appuntin da un nuovo mal distrutto;
Come addivien quando dal fianco afflitto,
O dal capo il dolor sen passa al petto,
O come allor, che di letargo infermo
Costui s' infuria, e il medico assalisce.
Or. *Purchè a lui punto non somiglj, il resto*
Sia qual tu vuoi. Dam. *Buon uom non ingannarti:*
Tu pure impazzi, e tutti gli altri ancora;
Se pure a noi predica il ver Stertinio,
Da cui questi imparai precetti illustri,
Qualora à me, ch' ei consolava, impose
Di pascer questa mia barba sapiente,
E di tornare dal Fabricio Ponte
Non come pria doglioso, che perduto
Tutto avendo il danar, mentre pensavo,
Coperto il capo, di slanciarmi in Tebro,
Propizio accorse, e dall' oprar, mi disse,
Cosa indegna di te guardati, o figlio.
Stert. *Strano rossor t' affligge allor, che temi*
D' esser pazzo creduto in mezzo ai pazzi?

Primum nam inquiram, quid sit furere. Hoc si erit in te
Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala Stultitia, & cujusque inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus, & grex
Autumat. Hæc populos, hæc magnos formula reges,
Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe, quare
Desipiant omnes æquè ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere. Velut sylvis, ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit,
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit; unus utrique
Error, sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum; nihilo ut sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum
Stultitiæ, nihilum metuenda timentis; ut ignes,
Ut rupes, fluviosque in campo obstare queratur:
Alterum, & huic varium, & nihilo sapientius, ignes
Per medios, fluviosque ruentis. Clamet amica
Mater, honesta soror, cum cognatis pater, uxor,
Hìc fossa est ingens, hìc rupes maxima; serva:
Non magis audierit, quàm Fusius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,
MATER, TE ADPELLO, clamantibus. Huic ego vulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo:

44 *Chrysippi porticus & grex*. Illudendi gratia *Chrisippi gregem* vocat Stoicos. Zenonis asseclæ, inter quos Chrysippus facile Princeps (de quo vide Sat. III. Lib. I.) quia ingenti porticu disputare initio solebant, a græca voce *Stoa*, quæ porticum significat, dicti sunt Stoici.

60. *Non magis audierit &c. Fusius, vel Fufius*, ut legit Dorighellus, Actor tragicus, cum in fabula Polydori ab Accio, vel Pacuvio composita, ebrius personam ageret Ilionæ dormientis, vero somno ita sepultus est, ut *Catienum*, qui Polydorum agebat in scena, clamitantem una cum spectatoribus: *Mater te adpello*, nunquam audiret. Polydorus vero eadem de causa sororem *Ilionam* vocabat matrem, qua Polymnestorem patrem; ab ipis enim infantulus fuerat educatus.

In pria cerchiam questo impazzir che sia.
Se ciò in te sol ritroverai, neppure
Un accento opporrò, perchè ti astenga
Dal perir bravamente. Chi dal vero
Per qualche *sia* ignoranza, o pravo affetto
Cieco è lontano, di Crisippo il Grege,
E il portico di lui pazzo il dichiara.
Ogn'uomo, ogni gran Re, trattone il Saggio,
Questo decreto abbraccia. Or come tutti
Sian pazzi al par di te quegli, che il nome
T'imposero di stolto, apprendi adesso.
Come nei boschi, ove l'error sovente
Dal buon sentiero i passaggier disvia,
Quegli volge a sinistra, e questi a destra:
Pari è l'error d'entrambi, abbenchè ognuno
A parti opposte inchini; in questo modo
Ti reputa sì pazzo, che la coda
Più saggiamente non strascini quegli,
Che te deride. Di pazzia tal sorta
V'ha, che paventa, ove a temer non avvi,
Qual chi si lagni d'incontrare ovunque
Incendj, e rupi, e fiumi. A questa opposta
Avvene un altra, e non più saggia, in mezzo
Slanciatesi dei fiumi, e degl'incendj.-
Gridi madre pietosa, onesta suora,
E coi parenti il genitor, la moglie:
Qui v'è gran fossa, quì una rupe enorme;
Ferma, t'arresta . . . . Tal darebbe orecchio,
Quanto un giorno ascoltò Fusio ubbriaco
Fingentesi Illiona al sonno in preda,
Con Catieno gridar mill'altre voci:
Madre ti chiedo ajta. *Ora, che tutto*
Per fallo à questo eguale il volgo impazza,
Ti proverò. Comprando statue antiche

Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto.
Accipe, quod numquam reddas mihi, ſi tibi dicam;
Tunc inſanus eris, ſi acceperis? An magis excors
Rejectâ prædâ, quam præſens Mercurius fert?
Scribe decem à Nerio*; non eſt ſatis: adde Cicutæ
Nodoſi tabulas centum, mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.
Cum rapies in jus* malis ridentem alienis;
Fiet aper, modò avis, modò ſaxum, & cum volet, arbor.
Si malè rem gerere inſani eſt contra bene ſani;
Putidius multo cerebrum (mihi crede) Perilî eſt
Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis.
Audire, atque togam jubeo conponere, quiſquis
Ambitione malâ, aut argenti pallet amore;
Quiſquis luxuriâ, triſtive ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet: huc propius me,
Dum doceo inſanire omnes, vos ordine adite.
Danda eſt hellebori multo pars maxima avaris:
Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.
Hæredes Staberî ſummam incidêre ſepulcro:

68. Lucri præſes erat *Mercurius*, ut ſupra diximus.

71. *Effugiet tamen &c. Protheum* antiqui vocaverunt *multiforem*, quod variis ſe facillime figuris Deus ipſe commutaſſet, ut ex fabulis colligere licet (conſule Virgil. Georg. Lib. IV.). Jure ergo debitor Protheo aſſimulatur.

74. *Si male rem gerere &c.* Pergit oſtendere creditores ſtultiores eſſe debitoribus.

76. *Reſcribere* idem eſt, ac delere quod ſcriptum erat, vel *controſcribere*.

82. Avaros primo inſanire docet. *Helleborum* eſt herba, qua inſania purgatur, *Anticira* ad ſinum Melacum, & montem Oetam adjacens, inſula erat Hellebori feraciſſima.

Damasippo impazzisce. Eppur non sembra
Di Damasippo il creditor più sano.
S' io ti dirò: prendi il danar, che unquanco
Rendermi non potrai, sarai più pazzo
Lui ricevendo, o trascurando il colpo,
Che il propizio Mercurio a te presenta?
Scrivi, tu dici al Debitor, da Nerio
Dieci milla sesterzi ora ricevo.
Ciò non mi basta, di Cicuta aggiungi
Le formole nodose, aggiungi a queste
Cent' altre condizion, mille catene;
Pur qual Proteo novello il traditore
Tai ceppi fuggirà. Quando in giudizio
Per te sia tratto, ei gonfierà le gote
D' un riso a se indecente, e a suo piacere
Si cangierà in cinghial, poscia in augello,
Quindi in sasso, e se il voglia, ancora in pianta.
Se dir si può stoltezza il mal governo
De' proprj affari, sia saggezza il buono.
Quindi Perillo, il credi a me, più guasto
Ha di te il capo, che a firmar ti astringe
Obbligo tal, che sia giammai scontato.
M' ascolti, il prego, e la sua toga assetti
Chi di perversa ambizione è schiavo,
O impallidisce per desio d' argento;
Chi per lussuria, o per malinconiosa
Superstizion s' affligge, o per qualch' altro
Malor di spirto; prenda luogo, e mentre
Tutti impazzir dimostro, a me s'accosti.
D' Ellebro gran dose ai soli avari
Dar si conviene; anzi se tutta ad essi
Anticira appartenga ho forte dubio.
Di Staberio sul tumulo la somma
Incisero gli eredi, ond' ei fu ricco:

Digitized by Google

Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum arbitrio Arrî, &
Frumenti quantum metit Africa. Sive ego pravè,
Seu rectè; hoc volui: ne ſis patruus mihi. *Stert.* Credo
Hoc Staberî prudentem animum vidiſſe .... *Dam.*
Quid ergo
Senſit, cum ſummam patrimoni inſculpere ſaxo
Heredes voluit? *Stert.* Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cavit nihil acrius: ut, ſi
Fortè minus locuples uno quadrante periſſet,
Ipſe videretur ſibi nequior; omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina, humanaque, pulcris
Divitiis parent; quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus. *Dam.* Sapienſne? *Stert.* Etiam
& rex,
Et quidquid volet. Hoc, veluti virtute paratum,
Speravit magnæ laudi fore, quid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus*? Qui ſervos proijcere aurum
In mediâ juſſit Libyâ, quia tardiùs irent
Propter onus ſegnes? Uter eſt inſanior horum?
Dam. Nil agit exemplum, litem quod lite reſolvit.
Stert. Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus ulli;
Si ſcalpra, & formas non ſutor; nautica vela
Averſus mercaturis: delirus, & amens
Undique dicatur meritò. Quid diſcrepat iſtis,

89. *Credo hoc Staberi &c.* Avarus inſignis, idemque ditiſſimus fuit *Staberius*. Ipſe juſſit ab ſuis hæredibus notari in marmore, quo ejus tumulus tegebatur, ſummam ab eo in hæreditatem ipſis relictam, ut teſtatum eſſet poſteris quam dives obiiſſet; cauitque teſtamento, ut niſi ſummam illam tumulo inſcriberent hæredes, bis centum damnarentur dare gladiatores populo, conviviumque arbitrio Quincti Arri, ex ſeptemviris Epulonibus ſumptuoſiſſimi, cui conviviis publicis præeſſe munus erat.

Se nol facean ducento Gladiatori
Dar dovevano al Popolo, e un convitto
A discrezione d' Arrio, e tante biade,
Quante Africa ne miete. O male, o bene,
Ch' io mi facessi, ei dice, a me ciò piacque;
Non farmi tu il censor. Stert. *Staberio saggio*
Cred' io previde . . . . Dam. *E che previde adunque*
Quando ordinò, che l' asse, ch' ei lasciava,
Gli scolpisser gli eredi in su la tomba?
Stert. *Credè, finch' egli visse, enorme fallo*
La povertà; nulla più odiò di lei;
Talchè se mai d' un sol danar men ricco
Fosse egli morto, più vizioso allora
Temea di comparir; poichè ogni cosa,
Virtù, fama, beltà, uomini, e Dei
Servono a un bel tesoro, e chi lo ammucchia
Forte sarà, nobile, e giusto. Dam. *E saggio ancora?*
Stert. *E Re per fino, e ciò, che a più lui piaccia;*
Dunque questo tesor, quasi acquistato
Per opra di virtude, in sua gran lode
Sperò che ritornasse. A lui d' eguale
Che fè Aristippo il Greco, che a suoi servi
Di gettar comandò in mezzo alla Libia
Quell' oro, ond' eran carchi, perchè furo
Lenti al cammin? Chi è di costor più pazzo?
Dam. *Nulla prova l' esempio, che una lite*
Risolve in altra lite. Stert. *Se taluno,*
Non alla cetra, o ad altro suono addetto,
Compri le cetre, e compre insiem le aduni;
Se un uom non ciabbatin, lesine, e forme
Cerchi ammassar: se al commerciar nemico
Nautiche vele acquisti, con ragione
Furioso, e pazzo sia creduto ovunque:
Qual v' ha divario tra costoro, e quegli,

Qui nummos, aurumque recondit, neſcius uti
Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum?
Si quis ad ingentem frumenti ſemper acervum
Porrectus vigilet longo cum fuſte; neque illinc
Audeat eſuriens dominus contingere granum,
Ac potiùs foliis parcus veſcatur amaris:
Si, poſitis intùs Chii, veteriſque Falerni
Mille cadis, nihil eſt, tercentum millibus, acre
Potet acetum: age, ſi & ſtramentis incubet, unde
Octoginta annos natus, cui ſtragula veſtis,
Blattarum, ac tinearum epulæ, putreſcat in arcâ:
Nimirum inſanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus ut edibat hæres,
Diis inimice ſenex, cuſtodis, ne tibi deſit?
Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum,
Ungere ſi caules oleo meliore, caputque
Cœperis inepxâ fœdum porrigine? Quare,
Si quidvis ſatis eſt, perjuras, ſurripis, aufers
Undique? Tun' ſanus? Populum ſic cædere ſaxis
Incipias, ſervoſve, tuo quos ære pararis;
Inſanum te omnes pueri, clamentque puellæ.
Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,

128. *Populum ſi cadere ſaxis incipias &c.* Avaro ſatis ſuperque ab Horatio reprehenſo, contra iracundum ſermonem vertit, probatque ipſum ſceleſtiorem eſſe Oreſte; nihil enim intereſt an potius veneno utatur iracundus, quam ferro, nihilque an Romæ potius, quam Argis iracundiæ relaxet habenas. Fortaſſe ſceleſtiſſimo matris percuſſore *Sceva* nomine (de quo Sat. I. Lib. hujus) alludit Poeta.

Che il suo danaro asconde, e del sepolto
Tesoro usar non sà, ne ardisce ad esso,
Quasi a sacra accostar cosa la mano?
Se di lungo bastone armato il braccio
Presso un gran mucchio di frumento ognora
Veglj talun, nè un solo grano ardisca,
Benchè padron famelico toccarne,
E d' amare piuttosto erbe si pasca:
Se di Falerno antico, e di vin Scio
Mille botti, anzi più, trecento mille
Riposte conservando, un vino beva
Pari all' aceto: ma più ancor: se giunto
Quasi all' anno ottantesimo, la notte
Su vil strame colui posi, cui molte
Alle tignuole pasco, ed alle tarme
Marciscon nella cassa ottime coltri,
Sembrerà in vero fuor di senno a pochi,
Perchè alla stessa malattia funesta
La più parte degl' uomini soggiace.
Vecchio ingrato agl' Iddii, perchè il tuo figlio,
O ancor lo schiavo erede un dì poi beva,
Tu ciò sparagni, e che a te manchi hai tema?
Ma quanto poco scemerà ogni giorno
Di tue ricchezze, se a condir poi l' erbe,
O la testa a purgar di scabie immonda
Tu far uso vorrai d' olio migliore?
Se ciò, che vuoi, ti basta; e perchè dunque
Spergiuri, e frodi, e d' ogni banda usurpi?
Tu sano? Se a inseguir tra via coi sassi
Incominciassi il popolo, e i tuoi servi,
Che col danar comprasti: è pazzo, è pazzo
Griderebbe ogni figlia, ogni fanciullo.
Quando col laccio la consorte uccidi,
E col velen la madre, hai giusto il capo?

Incolumi capite es? *Scæv.* Quid enim? *Stert.* Neque
tu hoc facis Argis,
Nec ferro, ut demens genitricem occidit Orestes.
An tu reris eum occisâ insanisse parente?
Ac non ante malis dementem actum Furiis, quàm
In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin, ex quo est habitus malè tutæ mentis Orestes,
Nil sanè fecit, quod tu reprehendere possis.
Non Pyladen ferro violare, ausus ve sororem
Electram. Tantùm maledicit utrique, vocando
Hanc furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis.
Pauper Opimius* argenti positi intus, & auri,
Qui Vejentanum festis potare diebus
Campanâ solitus trullâ, vappamque profestis;
Quondam lethargo grandi est oppressus, ut hæres
Jam circum loculos, & claves lætus, ovansque
Curreret. Hunc medicus multum celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto. Mensam poni jubet, atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum: hominem sic erigit; addit & illud:
Med. Ni tua custodis, avidus jam hæc auferet hæres.
Opim. Men' vivo? *Med.* Ut vivas igitur, vigila:
hoc age. *Opim.* Quid vis?
Med. Deficient inopem venæ te, ni cibus, atque

133. Horatius Tragicos Græcos non sequitur in Orestis insania denarranda, sed forsan Poetam aliquem latinum.

143. *Qui Vejentanum &c.* Urbs Etruriæ erat *Vejentum*, in cujus agro enerve nascebatur vinum. Hoc vinum sordidus bibebat Opimius trullâ, idest vili paterâ ex fictili creta in campania eformata.

151. Dialogum hunc medicum inter, & ægrotantem avarum omnes sapere jucunditates opinor, & Horatiani ingenii ductilitatem, festivitatemque egregie demonstrat.

Scev. *E che vuoi dir?* Stert. *Non col pugnale, o in Argo,*
Qual fece Oreste, che la madre uccise,
Tu ciò commetti, il sò; ma credi forse,
Ch' egli impazzisse dopo il colpo atroce,
O non piuttosto, che già il seno avesse
Dalle rie furie invaso allorchè immerse
Nel collo della madre il ferro acuto?
Anzi dacchè di mal sicuro umore
Venne creduto Oreste, a parlar vero,
Ei nulla oprò, che tu riprender possa.
Non col ferro assalir Pilade ardio,
O la sorella Eletra: ad ambo ingiurie
Solo vibrò, furia costei chiamando,
E contro l' altro tutto ciò dicendo,
Che gli dettò la collera focosa.
Opimio, che il serbato argento, e l' oro
Povero non godea, sol uso a bere
Ne dì festivi in vil bicchier Campano
Vin di Vejento, e in altri di vin guasto,
Cadde una volta di letargo oppresso
Grave così, che già l' erede intorno
Correa festoso ai scrigni, ed alle chiavi.
Un molto pronto medico, ed onesto
Scosse allora l' infermo in questo modo;
Ordina, che s' appresti una gran mensa,
E di danar su lei vuotinsi i sacchi,
E più persone a numerarli chiama.
Così sveglia l' infermo, e a lui poi dice:
Med. *Se il tuo danar non custodisci, io veggo*
Già a rapirtel vicin l' avido erede.
Opim. *Me vivo lo farà?* Med. *sforzati dunque*
Di vivere, e m' ascolta. Opim. *E che vuoi dirmi?*
Med. *Tutte ti mancheran le forze in breve,*
Se a confortar lo stomaco infiacchito

Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.
Tu ceſſas? Agedum: ſume hoc ptiſanarium oryzæ.
Opim. Quanti emtam? *Med.* Parvo. *Opim.* Quanti ergo? *Med.* Octuſſibus. *Opim.* Eheu!
Quid refert, morbo, an furtis pereami, an ne rapinis?
Dam. Quiſnam igitur ſanus? *Stert.* Qui non ſtultus. *Dam.* Quid avarus?
Stert. Stultus, & inſanus. *Dam.* Quid? Si quis non ſit avarus:
Continuò ſanus? *Stert.* Minimè. *Dam.* Cur Stoice? *Stert.* Dicam.
Non eſt cardiacus (Craterum dixiſſe putato)
Hic æger; recte eſt igitur, ſurgetque? Negabit:
Quod latus, aut renes morbo tententur acuto.
Non eſt perjurus, neque ſordidus. Immolet æquis
Hic porcam Laribus *. Verùm ambitioſus, & audax.
Naviget Anticyram. Quid enim differt; Balathroni *
Dones, quidquid habes, an nunquam utare paratis?
Servius Oppidius Canuſi * duo prædia, dives
Antiquo cenſu, natis diviſſe duobus
Fertur, & hoc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum. Poſtquam te talos, Aule, nuceſque
Ferre ſinu laxo, donare, & credere vidi;
Te, Tiberi, numerare, cavis abſcondere triſtem;
Extimui, ne vos ageret veſania diſcors:
Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.

156. *Octuſſibus*, ideſt octo aſſibus. As erat decima pars denarj; denarius quatuor minores ſeſtertios continebat.

161. *Non eſt Cardiacus* ec. Cui ſtomachus ſua munia peragere nequit, *Cardiacus* vocatur. *Craterus* inſignis fuit ea tempeſtate medicus, quem Cicero in Epiſtolis ad Atticum laudat frequenter.

175. *Tu Nomentanum &c.* Prodigum, diſſolutumque hominem fuiſſe *Nomentanum* vidimus Sat. I. & VIII. Lib. I. *Cicutam* nodoſum ſcribam avaritia deprehenſum in hac Satyra nominavimus.

Cibo non gusti il più sugoso, e forte.
Perchè non mangi? Orsù questa di riso
Minestra or prendi. Opim. Quanto costa? Med. poco.
Opim. E quanto adunque? Med. Otto assi. Opim.
Ohimè! Che importa
Perir di morbo, di rapine, o furti,
Se i miei danari ad ogni modo io perdo?
Dam. Dunque sano chi è mai? Stert. Chi non è stolto.
Dam. Che dici dell' avaro? Stert. E' stolto, e insano.
Dam. Ecchè? Se alcuno non sia dunque avaro,
Sano tosto sarà? Stert. Nò. Dam. La ragione.
Dinne, o gran Stoico. Stert. La dirò: m' attendi.
Fingiam, che a noi dicesse ora Cratero:
Mal di petto non ha questo malato.
Dunque stà bene, e può dal letto alzarsi?
Nò, ti dirà, perchè alle reni, e al fianco
Da crudel morbo è afflitto. Questi avaro,
E spergiuro non è. Sveni un Majale
Ai Lari amici. E' però altero, e audace.
Ad Anticira dunque approdi anch' esso.
Qual v' ha divario infatti se i tuoi beni
A Balatron profonda, o del raccolto
Danaro tu non sappia unqua far uso?
Ricco d' antica entrata Servio Opidio
Due suoi poderi, che in Canusio avea,
Dicon partisse a due suoi figli, e ad essi,
Chiamati al letto allorchè giunse a morte,
Dicon così parlasse. Poichè gli ossi,
E le noci portar nel sen dischiuso,
Aulo, ti vidi, e farne dono, e giuoco;
Tu contarle, Tiberio, e dentro i buchi,
Asconderle crucioso: ebbi gran tema,
Che voi non tormentasse insania opposta,
Tu Nomentan seguendo, e tu Cicuta.

Digitized by Google

Quare per Divos oratus uterque Penates,
Tu cave ne minuas, tu, ne majus facias id,
Quod satis esse putat pater, & natura coërcet.
Præterea ne vos titillet gloria, jure =
Jurando obstringam ambo: uter ædilis fuerit, vel
Vestrum prætor; is intestabilis *, aut sacer esto.
In cicere, atque fabâ * bona, tu perdasque lupinis,
Latus ut in Circo spatiere, aut æneus ut stes,
Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?
Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu,
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?
Ne quis humasse velit * Ajacem, Atrida, vetas cur?
Agam. Rex sum. *Stert.* Nil ultra quæro plebeius. *Agam.* Et æquam
Rem imperito: ac, si cui videor non justus, inulto
Dicere, quæ sentit, permitto. *Stert.* Maxime regum,
Dii tibi dent capta classem reducere Trojâ.
Ergo consulere, & mox respondere licebit?
Agam. Consule. *Stert.* Cur Ajax heros * ab Achille secundus
Putrescit, toties servatis clarus Achivis?
Gaudeat ut populus Priami, Priamusque inhumato,
Per quem tot juvenes patrio caruere sepulcro?
Agam. Mille ovium insanus morti dedit, inclytum Ulyssem,

180. *Uter Edilis fuerit &c.* Romanus erat Magistratus Edilitas, cui ædium privatarum, & publicarum, ludorum, viarum &c. cura mandata.

183. *Latus ut in Circo spatiere &c.* Nobiles viri, & Matronæ lectica aperta se ferri jubebant suorum servorum humeris, amplissima toga indutæ.

185. *Scilicet ut plausus &c.* Præclara, licet brevis Agrippæ laus, perinde ac si Poetæ ore exciderit.

Per gli Penati Iddii quindi vi prego,
Tu guarda di ſcemar, tu d' ingrandire
Ciò, che baſtante al viver voſtro io penſo,
E natura il preſcriſſe; e perchè unquanco
Voi gloria non ſolletichi, ambedue
Con ſacramento aſtringerò, che quegli
Di voi, che Edile, ovver Pretor divenga,
Diſeredato egli ſia ſempre, e infame.
Nei ceci, nelle fave, e nei Lupini
Vuoi tu, ſtolto, gittar le tue ſoſtanze
Per paſſeggiar ventoſamente il Circo,
O per ſtar ritto come effigie in bronzo,
Sendo poi nudo di poderi, e nudo
Del paterno danar? Quei plauſi forſe,
Che Agrippa ottenne, riportar tu penſi,
Tu appunto eguale a quella volpe aſtuta,
Che il lion generoſo ardì imitare?
Stert. *Perchè a ciaſcun di ſepellire Ajace*
Agamennone vieti? Agam. *Il Re ſon io.*
Stert. *Perdona, io uom plebeo di più non cerco.*
Agam. *Coſa retta comando, pur ſe ingiuſto*
Sembro a talun, d' eſpor ciò, ch' egli ſente,
Gli accordo facoltà. Stert. *Maggior fra i Regi,*
Faccian gli Dei, che ricondur tu poſſa
Dall' arſa Troja la tua armata in Argo.
Teco dunque potrò mover quiſtioni,
E riſponder da poi? Agam. *Sì, parla.* Stert. *Ajace,*
Che dopo Achille ugual campion non ebbe,
Perchè marciſce, mentre i vinti Achivi
Tante volte ſalvò? Forſe acciò goda
Il Popolo di Troja, e Priamo iſteſſo,
Lui mirando inſepolto, per cui tanti,
Giovani privi fur del patrio avello?
Agam. *Mille agnelle ei ſvenò ſtolto gridando*

Et Menelaum unà mecum se occidere clamans.
Stert. Tu cùm pro vitulâ * statuis dulcem Aulide gnatam
Ante aras, spargisque molâ caput, improbe, salsâ,
Rectum animi servas? *Agam.* Quorsum? *Stert.* Insanus quid enim Ajax
Fecit, cùm stravit ferro pecus? abstinuit vim
Uxore, & gnato: mala multa precatus Atridis;
Non ille aut Teucrum, aut ipsum violavit Ulyssem.
Agam. Verùm egò, ut hærentes adverso littore naves
Eriperem, prudens placavi sanguine Divos.
Stert. Nempè tuo, furiose. *Agam.* Meo, sed non furiosus.
Stert. Qui species alias veri, scelerisque tumultu
Permistas capiet, commotus habebitur; atque
Stultiâ ne erret, nihilum distabit, an irâ.
Ajax cum * immeritos occidit, desipit, agnos;
Cum prudens scelus ob titulos admittis inanes,
Stas animo? Et purum est vitio tibi, cum tumidum est cor?
Si quis lecticâ nitidam gestare amet agnam,
Huic vestem, ut gnatæ, paret ancillas, paret aurum,
Pupam, aut pupillam appellet, fortique marito
Destinet uxorem: interdicto huic omne adimat jus
Prætor *, & ad sanos abeat tutela propinquos.
Quid? Si quis gnatam pro mutâ devovet agnâ,
Integer est animi? Ne dixeris. Ergo ubi prava

200. *Spargisque mola caput &c.* Far, sive hordeum tostum, & sale mixtum erat *Mola*, *qua* cultros, & victimæ caput sacerdotes spargebant.

204. *Non ille aut Teucrum &c.* Frater Ajacis fuit *Teucer* Græcorum Dux clarus in primis, & bellica virtute illustris.

Digitized by Google

D' uccider me, il mio frate, e il degno Ulisse.
Stert. *E tu crudel, quando la dolce figlia*
D' una giovenca in vece appiè dell' ara
In Aulide trascini, e a lei la fronte
Spargi di salsò farro, il senno hai retto?
Agam. *E come nò?* Stert. *qualor stolto l' armento*
Svenò col brando, che mai fece Ajace?
Molti mali imprecando ai Greci, insulto
Non fè alla moglie, o al figlio; non su Teucro
Sfogò il furor, non sullo stesso Ulisse.
Agam. *Ed io per distaccar da quel funesto*
Lido le ferme navi, i Dei prudente
Placai col sangue. Stert. *Ah col tuo sangue, o pazzo!*
Agam. *Col mio sibben, ma non fui pazzo.* Stert. *Insano*
Sempre colui sia detto, che le idee
Opposte al vero abbiasi in capo, e piene
D' un disordin vizioso: nè divario
V' avrà s' ei pecchi di stoltezza, o d' ira.
Mentre ferisce le innocenti mandre,
Ajace impazza: e tu, che a sangue freddo,
Per vano onor commetti un fallo enorme,
Reggi te stesso? E d' ogni vizio scevro
Può chiamarsi il tuo cor quand' è sì gonfio?
Se bianca agnella portar seco in cocchio
Ami taluno, e a lei, come a sua figlia,
Vesti, e fantesche appresti, e gemme, ed oro,
E sua cara la chiami, e sua bambina,
E lei moglie destini a illustre sposo:
Il Pretore a costui col suo divieto
Di se stesso torrebbe ogni governo,
E a propinqui di lui n' andrebbe il peso.
Ma che? Se alcun di muta agnella invece
Sagrifichi la figlia, ha il senno intero?
Tu nol dirai. Somma pazzia v' ha dunque

Stultitia, hic summa eſt inſania. Qui ſceleratus,
Et furioſus erit. Quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age luxuriem, & Nomentanum arripe mecum:
Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.
Hic ſimul accepit patrimonî mille talenta,
Edicit, piſcator uti, pomarius, auceps,
Unguentarius, ac Tuſci turba impia vici,
Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne macellum *,
Mane domum veniant. Quid enim? Venere frequentes;
Verba facit leno: quidquid mihi, quidquid & horum
Cuique domi eſt, id crede tuum: & vel nunc pete, vel cras.
Accipe, quid contra juvenis reſponderit æquus.
Tu nive Lucanâ dormis ocreatus, ut aprum
Cœnem ego: tu piſces hiberno ex æquore verris:
Segnis ego, indignus qui tantum poſſideam; aufer
Sume tibi decies: tibi tantumdem: tibi triplex,
Unde uxor mediâ currit de nocte vocata.
Filius Æſopi * detractam ex aure Metellæ,
(Scilicet ut decies ſolidum abſorberet) aceto
Diluit inſignem baccam. Quî ſanior, ac ſi
Illud idem in rapidum flumen, jaceretve cloacam?

224. *Nunc age luxuriam &c.* Contra diſſolutos homines, ut *Nomentanus* erat, ſermonem convertit. Dementem prodigum quam belle pingit Poeta!

226. *Talentum* erat idem ac 14400 ſeſtertiorum minorum; Mille talenta igitur 14400000 ſeſtertiorum minorum ſunt.

228. *Tuſci turba impia vici.* Cupedinarii, cæterique perditi homines, *Vicum* habitabant *Tuſcum* ab Etruſcis ibi olim degentibus ita dictum.

234. Eſt *Lucania* regio Italiæ extremæ prope Calabriam ad mare inferum.

Dov' è un trasporto di passion malnata.
Fia chi è pronto al delitto anche furioso.
Lui, che di fama, e fragil gloria è in preda,
Bellona sballordì di strage amante.
Or del lusso favella, e Nomentano
Traggi in iscena, che impazzire anch' essi
Ragion convince i prodighi meschini.
Non appena costui mille talenti
Toccò di eredità; tosto comanda,
Che al dimattin sien pronti alla sua casa
Pescator, fruttajolo, uccellatore,
E del Borgo Toscan la turba indegna,
E il profumiere, e coi buffoni il cuoco,
E insieme ai vivandier Velabro intero.
Che dubitar? Tutti fur pronti al cenno.
Parla solo il Ruffian: ciò ch' io possiedo,
Ciò, che ognun di costor serba in sua casa,
Oggi, o doman tu il chiegga, è a tuoi comandi.
Del giovan bighellone odi il riscontro.
Tu coi stivali in piè fra le Lucane
Nevi riposi, perchè un apro io mangi;
Tu l' inverno dal mare estraggi i pesci;
Ed io poltron, di tanti averi indegno,
Vivo nell' ozio immerso; orsù ricevi:
Dieci mille sesterzi a te concedo;
A te ne dò altrettanti, e perchè pronta
Di mezza notte a me ne vien tua donna
Qualor la chiamo, a te consegno il triplo.
D' Esopo il figlio una superba perla
Tratta d' orecchio di Metella illustre,
(Perchè inghiottir potesse in un sol colpo
Moltissimo danar) stemprò in aceto,
Saria forse più sano, se gettata
Ei l' avesse entro un fiume, o in una fogna?

Digitized by Google

Quinti progenies Arrî, par nobile fratrum,
Nequitie, & nugis, pravorum & amore gemellum,
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.
Quorſum abeant? ſanin? cretâ, an carbone notandi?
Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longâ,
Si quem delectet barbatum; amentia vertet.
Si puerilius his ratio eſſe evincet amare,
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere trimus,
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore
Sollicitus plores: quæro, faciaſne, quòd olim
Mutatus Polemon*: ponas inſignia morbi,
Faſciolas, cubital, focalia*: potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas,
Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri?
Porrigis irato puero cum poma; recuſat.
Sume, catelle: negat. Si non des; optat. Amator
Excluſus qui diſtat*? Agit ubi ſecum, eat, an non,
Quo rediturus erat non arceſſitus, & hæret
Inviſis foribus. Ne nunc, cùm me vocat ultrò,
Accedam? an potiùs mediter finire dolores?
Excluſit, ... revocat, . . . redeam? . . . Non
    ſi obſecret. Ecce

243. *Quinti progenies Arri &c.* Filii Quinti Arri (de quo ſupra in hac Satyra vers. 86.) ætate æque, ac nequitia gemelli, Luſcinias prandere ſolebant magno prætio coemptas. Teſtus habet *prandere*, non cænare; ſumptuoſi enim homines tantum, & prodigi prandio epulis utebantur.

247. *Ædificare caſas &c.* De illis loquitur, qui puellarum amore capti ſunt, & inſanos eos eſſe declarat. Amoris ridiculum in eo ineſt, quod puerilibus, & ſtultis nugis implicat homin.m.

Di Quinto Arrio la prole eguai fratelli
Per nequizia famosi, e per mattezza,
E per trasporto alle perverse imprese,
Gl' usignuoli mangiar compri a gran prezzo
Han per costume: verso dove n' andranno?
Deggion col gesso, o col carbon notarsi?
Se alcun barbuto formar case amasse
Di carta, unire a un carricello i topi;
Pari, e dispar giuocar, su lunga canna
Gir cavalcando, fia creduto insano:
Pur se mostri ragion, che di tai cose
Più puerile è amor, s' ella ti provi,
Che divario non v' ha dal far bambino
Tai giuochi entro la polve, e dal lagnarti
Per meretrice alcuna in cor piagato,
Farai, domando, ciò che fece un tempo
Polemon ravveduto? Avrai coraggio
Di por giù i nastri, le collane, i vezzi
Del tuo malor segnali, come ei fece:
Il qual, benchè ubbriaco, ascosamente
Dicon dal collo si strappasse i fiori,
Allorchè del maestro ancor digiuno
Udì gli accenti ad emendarlo intesi?
Quando a un fanciullo irato un frutto porgi,
Ei lo ricusa; prendi o caro; il nega:
Se non gliel dai, lo chiede. A lui diverso
E' forse molto un amatore escluso,
Quando se vada, o nò, ravvolge in mente,
Dove non chiesto pur volea tornare,
E sta inchiodato all' odiata porta?
Ed or, che me spontaneamente chiama,
Me le debbo appressar? O non piuttosto
A troncar penserò queste mie pene?
Mi discaccia, crudel . . . . . or mi richiama . . . .

Servus non paulò ſapientior. O here; quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modoque
Tractari non vult. In amore hæc ſunt mala: bellum,
Pax rurſum. Hæc ſi quis tempeſtatis propè ritu
Mobilia, & cæcâ fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa ſibi, nihilo plus explicet, ac ſi
Inſanire paret certâ ratione, modoque.
Quid? cum Picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes, ſi cameram percuſti ſorte; penes te es?
Quid? cum balba feris annoſo verba palato;
Ædificante caſas quî ſanior? Adde cruorem
Stultitiæ, atque ignem gladio ſcrutare. Modo, inquam,
Hellade percuſsâ, Marius * cum præcipitat ſe;
Certius fuit? An commotæ crimine mentis
Abſolves hominem, & ſceleris damnabis eundem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat qui circum compita ſiccus,
Lotis manè ſenex manibus, currebat; & unum,
Quid tam magnum? Addens, unum me ſurpite morti;
Diis etenim facile eſt, orabat; ſanus utriſque
Auribus, atque oculis: mentem niſi litigioſus *

272. *Quid? Quum Picenis &c.* Ager *Picenus* eſt in Italia ad oram maris Adriatici fructibus optimis abundans. Picentinæ regionis antiquitus caput erat Salernum. Semen malorum ſummis digitis comprimentes, ſi ad laquear, aut cameram ſubſiluiſſet, ex eo ſignificari putabant amantes puellarum ſuarum erga ſe benevolentiam.

278. *Cerritus fuit?* Fanatici, Limphati vocabantur *Cerriti*, ideſt a Cerere percuſſi, quia nempe ſe vidiſſe Cererem credidiſſent, vel quibus hæc Dea caput concuſſiſſet.

281. *Libertinus erat, qui circum &c.* Contra ſuperſtitioſos demum inſurgit mira ſemper feſtivitate Poeta, eoſque pariter ſtultos appellat — Libertini ab Auguſto præficiebantur ſacris faciendis, & vocabantur *Auguſtales*.

Tornerò . . . . . . Non sia mai, sebben mi preghi.
Ecco di lui molto più saggio il servo:
Deh, Signor, quelle cose, in cui non avvi
O consiglio, o ragion, non con ragione,
Nè con sistema regolar si ponno.
Questi mali in Amor s' incontran sempre,
Guerra, e poi pace. Se tai cose alcuno
Mobili al par del mare, e dalla cieca
Sorte pendenti sistemar pretenda,
Nulla otterrebbe più, che se tentasse
Con ragione impazzire, e stabil norma.
Quando dai Pomi del Piceno i semi
Estraggi, e godi se ti è dato a caso
Le pareti colpir, sei tu in te stesso?
Qualor per vezzo dalle annose labbra
Mandi parole scilinguate, e mozze,
Hai di quel bambo, che casuccie innalza,
Senno miglior? All' amorosa insania
L' ardire aggiungi, e il sangue; e d' un tal fuoco
Misura i gradi dal furor, che inspira.
Qualor Mario poc' anzi, avendo uccisa
Elade infida, si slanciò dall' alto,
Forse provò di Cerere il furore?
Oppur dal crime di pazzia l' assolvi,
E di delitto il danni, giusta l' uso
Dando alle cose equipolenti sensi?
Un vecchio libertin v' era, che intorno
Per le strade correa digiuno ancora,
E ben mondo le mani, alto gridando,
Me solo o Dei, giacchè il potete, a morte
Me sol togliete; E qual gran cosa io cerco?
Sani ambo gli occhi avea, sane l' orecchie,
L' alma non già, e ammenchè fosse amante
Di liti il suo padron, d' un tal difetto

Digitized by Google

Exciperet dominus, cùm venderet; hoc quoque vulgus
Chrysippus ponit fecundâ in gente Meneni. *
Jupiter, ingentes qui dasque, adimisque dolores
Mater ait pueri menses jam quinque cubantis,
Frigida si puerum quartana reliquerit, illo
Manè die, quo indicis jejunia, nudus
In Tiberi stabit. Casus, medicusve levarit
Ægrum ex præcipiti; mater delira necabit
In gelidâ fixum ripâ, febrimque reducet.
Quone malo mentem concussa? Timore Deorum.
Dam. Hæc mihi Stertinius sapientum octavus * amico
Arma dedit, posthac ne compellarer inultus.
Dixerit insanum qui me, totidem audiet, atque
Respicere ignoto discet pendentia tergo *.
Hor. Stoice, post damnum sic vendas omnia pluris,
Quâ me stultitiâ (quoniam non est genus unum)
Insanire putas? Ego nam videor mihi sanus.
Dam. Quid? Caput abscissum demens cùm portat Agave
Gnati infelicis, sibi tum furiosa videtur?
Hor. Stultum me fateor (liceat concedere veris)
Atque etiam insanum: tantùm hoc edissere, quo me
Ægrotare putes animi vitio. *Dam.* Accipe: primùm

291. *Die quo tu indicis jejunia &c.* Placare Deos, & Jovem Opt. Max. moris erat, ac festos dies celebrare Jejuniis publice indictis, & denunciatis.

300. *post damnum sic vendas omnia pluris &c.* Salse Horatius tacito quodam sermone Damasippum hortatur, ut ad pristinam redeat mercaturam, neque se rebus Philosophicis immisceat.

303. *Quid? Caput abscissum &c.* Cadmi filia, Pentheique mater fuit *Agave*: immisso sibi furore a Bacco, quem Pentheus læserat, filii caput amputavit, rata se aprum, vel taurum discerpere.

Ben dovea farne al compratore un cenno.
Anch' essa tal genia Crisippo inchiude
Nell' ampia schiera, cui Menenio è capo.
Giove, che i gran dolor permetti, e scemi,
(Dice la madre d'un fanciul, che infermo
Giace da cinque mesi) se il mio figlio
Dalla fredda uscirà quaranta, io giuro,
Che in quel dì stesso, in che il digiuno imponi,
Nel Tebro lo porrò nudo il mattino.
Se dal morbo fatale arte, o fortuna
Tragga il malato, col tenerlo immerso
Nell' onde fredde ucciderallo poi
La delirante madre, o almen la febre
In lui ridesterà: Costei la mente
Da qual morbo ha sconvolta? Da un fallace
Timor dei Numi. Damas. *A me quest armi diede*
L' ottavo in fra i sapienti, il mio Stertinio,
Perchè io non abbia a più soffrire insulti;
Quindi se alcun mi dirà pazzo, a lui
Ripeterò lo stesso, e a guardar meglio
Imparerà così ciò, che dall' ampio,
E mal noto a lui sol, tergo gli pende.
Oraz. *Così dopo i tuoi danni ogni tua merce*
Di più tu venda, o Stoico: giacchè tante
V' hanno pazzie nel mondo, e di qual pensi
Me stoltezza insanir? Mentr' io rassembro
Sano a me stesso. Dam. *Ecchè? Quando d' intorno*
Del suo figlio infelice il capo tronco
Porta la stolta Agave, allor furiosa
Sembra forse a se stessa? Oraz. *Io ti confesso*
Dunque d' essere stolto, e ancora (il vero
Abbia il suo luogo) e ancor d' essere insano:
Sol ti prego a scoprir di qual ti sembro
Vizio dell' alma infermo. Dam. *Ascolta: in prima*

Ædificas: hoc eſt, lungos imitaris, ab imo
Ad ſummum totus moduli bipedalis, & idem
Corpore majorem rides Turbonis in armis
Spiritum, & inceſſum; qui ridiculus minus illo?
An quodcunque facit Mœcenas, te quoque verum eſt,
Tanto diſſimilem, & tanto certare minorem?
Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis,
Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
Bellua cognatos eliſerit. Illa rogare,
Quantane? Num tantum, ſe inflans, ſic magna fuiſſet;
Major dimidio. Num tantum? Cum magis, atque
Se magis inflaret; non, ſi te ruperis, inquit,
Par eris. Hæc à te non multum abludit imago.
Adde Poëmata nunc: hoc eſt, oleum adde camino:
Quæ ſi quis ſanus fecit, ſanus facis & tu.
Non dico horrendam rabiem, . . . *Hor.* Jam deſi-
ne . . . . *Dam.* Cultum
Majorem cenſu, . . . *Hor.* Teneas, Damaſippe, tuis te
Dam. Mille puellarum, puerorum mille furores. . . .
Hor. O major tandem parcas inſane minori.

308. *Ædificas: hoc eſt longos imitaris &c.* Horatius nimio quodam ſumptu villam ſuam Sabinam tunc reſtaurabat, ſicque *longos* ideſt potentes imitabatur. Hic popularis dicendi modus eſt inſtar aculei.

309. *Totus moduli bipedalis*. Parvulam fuiſſe Horatii ſtaturam conſtat. Hinc in ipſam Auguſtus luſus eſt, cum dixit: *Vereri autem mihi videris, ne majores tui libelli ſint, quam ipſe es.*

310. Fortaſſe *Turbo* erat Gladiator, qui corporis parvitatem animi vi, & magnitudine compenſabat.

314. *Abſentis ranæ &c.* Hunc apologum conſule in Æſopianis fabulis licet diverſimode enarratum.

321. *Adde Poemata nunc &c.* Philoſophus ineptus Poeſim improbat tanquam ſtultitiæ ſignum.

Tu caſe innalzi, oſſia tu imiti i grandi,
Quando dall' imo al ſommo agguaglj appena
La bipedal miſura, e allorchè ſprezzi
Tu ſteſſo di Turbon l' ardir nell' armi,
E il coraggio maggior di ſua ſtatura,
Meno di lui ridicolo ſei forſe?
Forſe convien, ciò che Mecena imprende,
Te pur tentar, tanto ineguale ad eſſo,
E con lui gareggiar, tu sì minore?
Rimaſti un dì dal pie d' un toro oppreſſi
I figlj d' una rana, uno fra queſti,
Cui riuſcì fuggir, narra alla madre,
Come i fratei ſchiacciaſſe enorme belva.
Eſſa domanda: quanto è grande? Forſe
Or la ſomiglio? e ſi gonfiava intanto.
Più del doppio è maggior. L'uguaglio adeſſo?
E più, e più ſempre ella sì gia gonfiando.
Se tu crepaſſi ancor, non la pareggi.
Da te non molto aliena è queſta immago.
A tal ſtoltezza ora tu aggiungi i verſi,
Cioè tu aggiungi maggior eſca al fuoco.
Sano di mente ſe alcun ſcrive i verſi,
Li ſcriverai tu pur ſano di mente.
Tralaſcio poi l' orrenda rabbia . . . .
Oraz. *Ah ceſſa . . . . .*
Dam. *Taccio il luſſo maggior delle tue forze . . . .*
Oraz. *Bada a te, Damaſippo.* Dam. *I tuoi furori*
Per le donzelle, *e pei fanciulli . . .* Oraz. *Al fine,*
O maggior ſtolto, a me inferior perdona.

SATIRA IV.

Catii fatuitatem irridet, qui summam hominis felicitatem in re culinaria poneret.

HORATIUS, ET CATIUS.

Hor. UNDE, & quò Catius? *Cat.* Non est mihi tempus *, aventi
Ponere signa novis præceptis, qualia vincant
Pyhtagoram *, Anytique reum, doctumque Platona.
Hor. * Peccatum fateor, cum te sic tempore lævo
Interpellarim: sed des veniam bonus, oro.
Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox;
Sive est naturæ hoc, sive artis, mirus utroque.
Cat. Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem;
Utpote res tenues, tenui sermone peractas.
Hor. Ede hominis nomen; simul an Romanus, an hospes.
Cat. Ipsa memor præcepta canam: celabitur auctor.
Longa quibus facies * ovis erit, illa memento,
Ut succi melioris, & ut magis alba rotundis,
Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis crevit in agris,
Dulcior; irriguo nihil est elutius horto.

Sat. IV. Juncundissima, & lepidissima est hæc Satyra. Prodit in scenam quidam Marcus Catius Insuber, qui magnum se Philosophum venditans, sapientissimis Epicuri doctrinis abutitur, summumque bonum in comessationis voluptate ponit. Multa stulte profert de arte culinaria, quæ rationi, & rerum experientiæ prorsus adversantur. Later quo anno hæc Satyra peracta fuerit. Dacierius ipsam anno Horatianæ ætatis 21. Urbis Conditæ 710. scriptam esse contendit.

11. Auctor Catius, Auctoris nomen pandere recusat.

SATIRA IV.

Mentre ascolta il Poeta alcuni precetti intorno all' arte di condir le vivande, e di valutarne il sapore, si beffa di Cazio, che in ciò faceva consistere la sua maggior dottrina.

ORAZIO, E CAZIO.

Oraz. *D'ONDE, o Cazio, e ver dove?* Caz. *Restar non posso,*
Che a registrar novi precetti io corro,
Da cui vinto sarà d' Anito il reo,
E Pitagora insieme, e Platon dotto.
Oraz. *Tel confesso, peccai, mentre importuno*
Ti volli intrattener; ma tu cortese,
Ten priego, mi perdona; che se mai
Di tai precetti or ti sfugisse alcuno,
Ti sovverrà in appresso: o sia ciò vanto
D' ingegno, o d' arte, in ambedue sei destro.
Caz. *Questo anzi erami a cuor, come cotante*
Sottili cose in stil sublime udite
Potessi rittener. Oraz. *D' un sì grand' uomo*
Palesa il nome, s' è nostrale, o estrano.
Caz. *I precetti piuttosto, or che gli ho in mente*
Ti posso espor, ma occulterò l' Autore.
Quegli uovi, cui vedrai di lungo aspetto,
Come di miglior sugo, e dei rotondi
Assai più bianchi, ponti pure a mensa,
Poichè in tai uovi il maschil tuorlo è inchiuso,
Del Cavolo suburban quello è più dolce,
Che in campi asciutti crebbe: erba non avvi
Insipida così, quanto la nata
Negl' irrigui giardin. Se d' improvviso

Si vespertinus subito te oppresserit hospes,
Ne gallina, malum, responset dura palato,
Doctus eris vivam musto mersare Falerno*:
Hoc teneram faciet. Pratensibus optima fungis
Natura est: aliis male creditur. Ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore solem.
Aufidius * forti miscebat mella Falerno,
Mendosè: quoniam vacuis committere venis
Nil, nisi lene, decet. Leni præcordia mulso
Prolueris meliùs. Si dura morabitur alvus,
Myrtulus, & viles pellent obstantia conchæ,
Et Lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo.
Lubrica nascentes implent conchylia lunæ.
Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.
Murice Bajano melior Lucrina Peloris.
Ostrea Circæis *, Miseno oriuntur Echini.
Pectinibus * patulis jactat se molle Tarentum.
Nec sibi cœnarum quivis temere arroget artem,
Non prius exactâ tenui ratione saporum.
Nec satis est carâ pisces averrere mensâ,
Ignarum quibus est jus aptius, & quibus assis.
Languidus in cubitum jam se conviva reponet*:
Umber, & ilignâ nutritus glande rotundas

25. *Mendose, quoniam &c.* Catius econtra gulæ magis, quam saluti inserviens, suadet comessationis initio vinum lene bibere melle mixtum.

28. *Myrtulus, & viles &c.* Alii legunt, *Mugilis*, *Mutulus*, *Mitilus*, *& Mibilus*. Quomodocumque legendum sit, pisciculus e concharum, seu ostreorum genere est hic,

29. *Lapathi brevis herba*, vocatur etiam *rumex*, brevibus, & acutis foliis.

32. *Murice Bajano &c. Murex*, *Peloris* pisciculi ex ostreorum genere. *Bajanus sinus* est prope Bajas in Campania. *Lucrinus* vero prope Puteolos in eadem Campania.

37. *Cara pisces averrere mensa*, ideſt emere caro prætio pisces exquisitos.

Ti soppraggiunga un forastier la sera,
Perchè mal cotto non resista al dente
Pollo, o gallina, sia tuo studio allora,
D' immergerla nel mosto di Falerno,
Onde tenera venga. Ottimi funghi
Nascon nei prati: mal si crede agli altri.
Sane colui trapasserà le estati,
Che i pranzi finirà coi negri mori
Dall' alber colti in pria, che il sol grandeggi.
Al robusto Falerno Aufidio il mele,
Fuor di ragion mescea; poichè disdice
Nelle vuote versar vene un liquore,
Che non sia dolce. A confortarti il petto
Meglio dunque userai del dolce mulso.
Se il duro ventre unqua ti sia restio,
Il Muggin fritto, le conchilie abbiette,
E di Lapazio la brev' erba unita
Al bianco vin di Coo, le resistenti
Feccie discaccieran. Le nuove lune
Delle lubriche conche empion le guscie;
Pure ogni mar non le produce eguali.
Del Murice Bajano è più perfetta
La Pelôri Lucrina. Appo Circejo
L'Ostriche han sede; appo Misen gli Echini.
Gli ampi pettini suoi Taranto esalta.
Nè di cene imbadir l' arte si arroghi
Chi non conosce in pria la delicata
Dei gusti, e dei sapor difficil scienza.
Comprar non basta a caro prezzo i pesci,
Qualor s' ignora a cui più il brodo è acconcio,
E quai possano fritti il già svogliato
Tuo commensale richiamare al desco.
Il cinghial d' Umbria, cui nodrì succosa
Ghianda di quercia, i tondi piatti incurvi

Curvet aper lances carnem vitantis inertem;
Nam Laurens malus eſt, ulvis, & arundine pinguis.
Vinea ſubmittit capreas non ſemper edules.
Fœcundæ leporis ſapiens ſectabitur armos.
Piſcibus, atque avibus * quæ natura, & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæſita palatum.
Sunt quorum ingenium nova tantum cruſtula promit.
Nequaquam ſatis eſt re una conſumere curam:
Ut ſi quis ſolum hoc, mala ne ſint vina, laboret;
Quali perfundat piſces ſecurus olivo.
Maſſica ſi cælo ſupponas vina ſereno,
Nocturnâ, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aurâ,
Et decedet odor nervis inimicus; at illa
Interdum perdunt lino vitiata ſaporem.
Surentina * vafer qui miſcet fæce Falernâ
Vina, columbino limum bene colligit ovo:
Quatenus ima petit volvens aliena vitellus.
Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Afrâ
Potorem cochleâ: nam lactuca innatat acri
Poſt vinum ſtomaco. Perna magis, ac magis hillis
Flagitat immorſus refici: quin omnia malvut,
Quæcunque immundis fervent allata popinis.
Eſt operæ pretium duplicis cognoſcere juris

42. Aper nutritus in pingui agro Laurenti prope Oſtiam, Apris Umbriæ carnium ſapore cedit.

43. *Vinea ſubmittit &c.* Silveſtres capreas, quæ vitium folia, & pampinos rodere ſolent.

58. *Squillæ* ſunt canceruli marini, aut alii hujuſmodi piſces. Cochlea eſt oſtrea quædam e limacum genere.

60. *Hillæ* eſt quidquid nos vocamus ſalcimen.

61. *Flagitat immorſus refici*, ſive flagitat vellicari, ad epulas excitari. Alii legunt *in morſus*, ideſt in novos morſus.

Di chi le carni insipide disprezza;
Che di canne ingrassato, e d'alga pingue
Quel di Laurento è di sapor men grato.
Non sempre atte a mangiarsi offron le vigne
Le agresti capre; chi è nei cibi esperto
Di feconda ambirà lepre le spalle.
Dei pesci, e degli augei l'età qual fosse,
Qual la natura, innanzi al mio palato,
Malgrado i sforzi altrui, fu a tutto ignoto.
Avvi chi sol nuove pastiglie inventa:
Ma in un obbietto sol l'opra, e l'ingegno
Non basta consumar; come se alcuno
Che non sia guasto il vin soltanto osservi,
Nè all'olio abbadi, onde condire i pesci.
Se a ciel sereno il vin Massico esponi,
Ciò, ch'è di pingue in lui, dalla vibrata
Aura notturna fia purgato, e tutto
L'odor ne svanirà nemico ai nervi;
Eppur lo stesso vin perde il pregiato
Sapor primiero, se col lino il cribri.
Lui, che il vin di Sorento astuto mesce
Al più denso Falerno, ottimamente
Col uovo colombin le feccie aduna;
Dappoichè il tuorlo ogni sostanza impura
Insiem raggruppa, e seco tragge al fondo:
Con fritte squille, e Chiocciole africane
Fia ricreato il commensal satollo:
Che la lattuga dopo il vin nell'acre
Stomaco nuota. Con presciutto in vece,
E forse meglio con salsiccia ei brama
Stuzzicarsi a mangiar; quindi vorrebbe
Tutto dappoi gustar ciò, che si appresta
Dagli unti cuccinier. Pregio è dell'opra
La natura indagar d'ambo le salse.

Naturam. Simplex è dulci conſtat olivo:
At pingui miſcere mero, muriâque decebit,
Non aliâ, quàm quâ Byzantia putruit orca;
Hoc ubi confuſum ſectis inſerbuit herbis,
Corycioque croco ſparſum ſtetit; inſuper addes
preſſa Venafranæ quod bacca remittit olivæ.
Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco;
Nam facie præſtant: Venuncula convenit ollis.
Rectiùs Albanam fumo duraverit uvam.
Hanc ego cum malis, ego fæcem primus, & alec,
Primus & invenior piper album cum ſale nigro
Incretum puris circumpoſuiſſe catillis.
Immane eſt vitium*, dare millia terna macello,
Anguſtoque vagos* piſces urgere catino.
Magna movet ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurit:
Sive gravis veteri crateræ limus adhæſit.
Vilibus in ſcopis, in mappis*, in ſcobe, quantus
Conſiſtit ſumptus? Neglectis, flagitum ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia* veſtes
Oblitum? Quanto curam, ſumptumque minorem
Hæc habeant, tanto reprehendi juſtitius illis,
Quæ niſi divitibus nequeunt contingere menſis.

66. *Non alia &c.* Byzantii muria conficiebantur ex diverſis piſcibus, præſertim ex thynnis, & garis.
68. *Crocus* advehebatur eximius e *Coryco* Ciliciæ monte.
69. *Venafranum oleum* omnium perfectiſſimum putabatur.
71. *Venuncula* eſt uvæ quoddam genus: in ollas abditur melius, & ſervatur. *Albana* rectius duratura eſt ad fumum.
83. Palmæ ramos pro ſcopis adhibebant ad verrendum antiqui.

La ſemplice di dolce olivo conſta,
A cui vin denſo, e ſalamoja inſieme
Converrà meſcolar: però non altra
Fuor di quella, in cui l' orca di Biſanzio
Stè a lungo immerſa. La compoſta avrai,
Qualor tai coſe ad erbe infrante aggiunte
Fian ben bollite, e di Zaffran Coriccio
Sparſe raffreddin, ſu di lor verſando
L' oglio miglior, che render può Venafro.
Ai frutti del Picen, benchè più belli,
Cedon per ſugo i Tiburtin la palma.
Altra convien ſerbar uva negli otri;
Meglio l' Albana s' induriſce al fumo:
Io queſta ai pomi pria d' ogn' altro aggiunſi;
Io la feccia di Coo, la ſalamoja,
E il ſal negro impaſtato al pepe bianco
Primo recai nei mondi piatti a menſa.
Fallo enorme mi par là in ſul mercato
Gettar tre mille, e più ſeſterzi, e poſcia
In tondo anguſto accavallare i peſci.
Gran nauſea ſi deſta, oſſia che il ſervo
Con le ſporche toccò mani il bicchiere,
Quando i cibi ſurati avido inghiotte,
Oſſia, che a un vecchio orciolo il ſtomacoſo
Fango attaccoſſi. Quanta è mai la ſpeſa
In tovaglie, e mantili, e ſcope abbiette?
Pur è gran fallo il traſcurar tai coſe.
Radere il ſuol di varj marmi inteſto
Forſe convien con ſozza palma, e intorno
Porre ai ſuccidi lini i Tirii arazzi?
Scordando poi, che quanto men di ſpeſa
Avvi, e d' affanno in ciò, tanto a ragione
Più tal difetto è reo, che ſe mancaſſe
Ciò, di cui ſol le ricche menſe han copia.

Hor. Docte Cati *, per amicitiam divosque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocunque, memento.
Nam quamvis memori referas mihi pectore cuncta;
Non tamen interpres tantumdem juveris. Adde
Vultum, habitumque hominis: quem tu vidisse beatus
Non magni pendis, quia contigit. At mihi cura
Non mediocris inest, fontes ut adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

SATIRA V.

Describit artes, & insidias captantium testamenta, & hereditates.

ULYSSES, ET TIRESIA.

Ulyss. Hoc quoque, Tiresia*, præter narratà, petenti
Responde: quibus amissas reparare queam res
Artibus, atque modis? Quid rides? *Tir.* Jamne, dolose
Non satis est Ithacam revehi, patriosque Penates
Aspicere? *Ulyss.* O nulli quicquam mentite, vides, ut
Nudus, inopsque domum redeam, te vate: neque illic
Aut apotheca procis intacta est, aut pecus. Atqui

Satyra V. Jucundissimus in hac Satyra latet jocus. Ea enim Tiresias Ulyssi præcipit, quæ Ducem, & Regem tam inclitum dedecent. Jam vero Poeta maxime cavit, ne a decore recederet. Hinc Ulysses famam suam tuetur, & licet omni Tiresiæ orationi aures præbeat, tamen quid consilii capiat nunquam significat. Hanc Satyram fuisse conditam anno V. C. circiter 731. Horatii nati 42. autumat Sanado.

7. *Aut apotheca procis &c.* Cum nuptias Penelopis ambirent *Proci*, ejus domum exhauriebant. *Apotheca* proprie est horreum, vel cellarium.

Digitized by Google

Oraz. *Di condurmi ad udir uomo sì grande*
Deh ti sovvenga, o dotto Cazio, ovunque
Si debba andar, che per gli Dei ten prego,
E l' antica amicizia, onde siam stretti.
Che sebben tanto con memoria industre
Di lui mi dica, non però sì grande,
Quanto da lui lo spero, entro a tuoi detti
Trovo il vantaggio. D' un tal uomo aggiungi
Qual sia la veste, e il volto. A te gran sorte
Non sembra averlo visto, perchè d' essa
Fortunato ti accade; in me all' incontro
D' approssimare il labbro a tal sorgente
Ferve gran voglia, e d' acquistar le norme,
Onde questa gustar vita beata.

SATIRA V.

L' arti malvaggie descrive di quegli uomini ingordi, che ai testamenti de' facoltosi, ed alle loro eredità tendevano insidie.

ULISSE, E TIRESIA.

Uliss. QUESTO *ancora; o Tiresia, oltre il già detto,*
Rispondimi, ten prego: in qual maniera,
E con quall' arte delle mie sostanze
Ristaurerò la perdita? Acchè ridi?
Tir. *In Itaca tornare, e i patrj lari*
Poter mirar, dì, non ti basta, o furbo?
Uliss. *O tu, che unquanco pronunciasti il falso,*
Come nudo, e meschino io torni a casa
Vedi, qual m' hai predetto: e sai, che niuno
Gregge, o granajo dagli ingordi Proci
Colà rimase intatto; eppur nel mondo

Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.
Tir. Quando pauperiem missis ambagibus horres;
Accipe, qua ratione queas ditescere. Turdus,
Sive aliud privum dabitur tibi; devolet illuc,
Res ubi magna nitet domino sene. Dulcia poma,
Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem gustet venerabilior Lare dives.
Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus; ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.
Ulis. Ut ne tegam spurco Damæ * latus? Haud ita Trojæ
Me gessi, certans semper melioribus. *Tir.* Ergo,
Pauper eris. *Ulis.* Fortem hoc animum tolerare jubeo:
Et quondam majora tuli. Tu protinus, unde
Divitias, ærisque ruam, dic augur, acervos.
Tir. Dixi equidem, & dico. Captes astutus ubique
Testamenta senum: neu, si vafer unus, & alter
Insidiatorem præroso fugerit hamo,
Aut spem deponas, aut artem illusus omittas.
Magna, minorve foro si res certabitur olim;
Vivet uter locuples sine gnatis, improbus ultro
Qui meliorem audax vocet in jus, illius esto
Defensor. Famâ civem, causâque priorem
Sperne; domi si gnatus erit, fecundave conjux.
Quinte, putà, aut Publi *, (gaudent prænomine molles

14. *Ante Larem gustet &c.* Primitias frugum *Diis Laribus*, seu Penatibus, vel Domesticis consecrare, & apponere moris erat.

17. *Tu comes exterior*. Is dicebatur *interior comes*, qui ambulabat inter comitem, & ædes, aut aliud quidpiam hujusmodi, quo ejus latus protegeretur. *Comes exterior* ergo erat qui in loco minus honorato, idest in declivi viarum parte procedebat.

La schiatta, e la virtù senza ricchezze,
E' dell' alga più vil. Tir. *Poichè cotanto,*
Come aperto tu di, l'inopia abborri,
In qual modo arricchir tu possa, ascolta.
Se avvien, che un tordo, o un primaticcio augello
Ti capiti alle man, voli egli tosto
Dove a un vecchio padron splende molt' orò.
I più bei pomi, e qual che sia prodotto
De' tuoi culti giardin raro, e squisito,
Prima dei Lari ancora, il più dei Lari
Rispettabile ricco, abbialo in dono;
Il qual, sebben fosse plebeo, spergiuro,
Fuggiasco, e lordo del fraterno sangue;
Pure non ricusar, quand' egli il voglia,
Di girli al manco lato ognor compagno.
Uliss. *Io dunque andrò del sozzo Dama al fianco?*
Non così oprai rimpetto a Troja, quando
Delle più illustri gare ognor fui degno.
Tir. *Dunque sarai meschin.* Uliss. *Con alma forte*
Mi sforzerò di ciò soffrir: che un tempo
Peggior destin provai! Tu però dimmi,
Augure amico, onde miglior ricchezza
Trovare io possa, e del danaro i mucchi.
Tir. *Già tel dissi, e il ripeto: i testamenti*
Astuto ognor tenta buscar dei vecchi,
Che se uno scaltro, o due, dai tesi aguati
Fuggisse mai col roso oncino in bocca,
La speme non depor, sebben deluso,
Nè l'arte intralasciar. Se grande, o lieve
Causa nel foro si dibatta, a quegli,
Che più ricco comprendi, e senza prole,
Sebbene ingiusto ei sia, e a torto in lite
Tenga il rival, tu difensor ti presta.
Parla al primo così: mio Quinto, o Publio,

Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Jus anceps novi: caufas defendere poffum.
Eripiet quivis oculos citiùs mihi, quam te
Contemptum cafsâ nuce pauperet. Hæc mea cura eft,
Ne quid tu perdas, neu fis jocus. Ire domum, atque
Pelliculam curare jube: fi cognitor ipfe.
Perfta, atque obdura: feu rubra Canicula findet *
Infantes ftatuas, feu pingui tentus omafo
Furius hybernas canâ nive confpuit Alpes.
Nonne vides (aliquis cubito ftantem prope tangens
Inquiet) ut patiens, ut amicis aptus, ut acer?
Plures annabunt thynni, & cetaria crefcent.
Si cui præterea validus male filius in re
Præclara fublatus aletur; ne manifeftum
Cælibis obfequium nudet te, leniter in fpem
Arreppe officiofus, ut, & fcribare fecundus
Heres; &, fi quis cafus puerum egerit Orco,
In vacuum venias. Perrarò hæc alea fallit.
Qui teftamentum tradet tibi cumque legendum,
Abnuere, & tabulas à te removere memento:
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima fecundo
Cera velit verfu: folus, multifne coheres,
Veloci percurre oculo. Plerumque recoctus *

44. *Plures adnabunt thynni &c.* jucundiffima, ac vivido aceto referta eft hæc metaphora. *Cetaria* loca funt pifcibus fervandis apta.

89. Convenit inter Nasidienum, & Catium (vide Sat. IV. Libri hujus). Ambo armos leporum præferebant cuilibet obsonio. Palatum utrique male sapiebat. Armi differunt, & absunt a lumbis.

91. Posteriores palumbium partes sunt molliores. Nasidienus procul dubio eas avelli jussit, quia Palumbes corruptæ fuerant; clunes enim prius quam alia membra putrescunt.

95. Quasi si *Canidia* venefica illis cibis flatu suo, & ore venenum præsentissimum addidisset.

Del caso i torti ad emendar coll' arte;
Cui venner dietro in lungo ordine i servi,
Portando altri divise entro gran piatto
Le membra d' una grù sparse di farro,
Non senza molto sal; altri recando
D' un oca bianca il fegato ingrassato
Con pingui fichi; altri d' un lepre i fianchi
Svelti dal resto, come assai migliori,
Che non se ai lombi alcun li assaggi uniti.
Bruciate il petto indi portar vedemmo
Merle, e colombe delle coscie prive:
Soavi cose, se il padron di ognuna
Taciuto avesse la natura, e i vanti;
Da cui sdegnosi noi fuggimmo, e tale
Femmo di lui vendetta, che i suoi cibi
Niuno punto gustò, come se in essi
Soffiato il suo velen Canidia avesse,
Che dei serpi dell' Africa è peggiore.

ANNOTATIONES
AD SATIRAS HORATIANAS.



SATIRA I.

Lib. I. V. 36. *Inversum contristat Aquarius annum*. Martio mense annum inchoabant Romani. Decrescente Januario *Aquarius* signum Zodiaci 12. stellis adit sol; ergo quod evenit ineunte anno quoad nos, *inverso* anno, ideft expleto, quoad veteres eveniebat.

37. *Non usquam prorepit &c.* Formicæ exemplum, quod protulit avarus, exemplo ipso refellit Horatius. Formica, inquit, in hiemem condit grana, sed iis contenta, quiete vivit, nec exit. Tu contra facis. Alii alia legunt. Dorighello assentimur.

64. *Quidã memoratur Athenis &c.* Timoni illo misanthropo huc alludi nonnulli opinantur Interpretes. Ex Luciano vero constat, Timonem hunc indolem penitus habuisse contrariam. Cruchius e contra Romanum quemdam, Fabium nomine, hoc loco notari contendit. Torrentius Gneio Lentulo hujusmodi dicterium censuit tribuendum.

95. *Ummidius &c.* Torrentius legit *Vinidius*, Dacierius *Umidius*, Dorighellus *Ummidius*. Huic opinioni libenter concedimus; compertum enim est Romæ *Ummidiam* extitisse gentem, atque *Ummidianorum* mentionem antiquis tabulis reperiri. Perditus homo iste, quicumque fuit, atque nimius divitiarum amator, capite obtruncari a liberta quadam promeruit audacissima.

101. Avarissimo Ummidio pene oppositi extitere *Mænius*, & *Nomentanus*. Primus rem patris omnino eliminavit, vendita ipsamet domo, excepta tantum columna, ex qua ludos conspicere posset. Alter, nempe *Lucius Cassius*, ex Nomento oppido *Nomentanus*, adeo prodigentiæ indulsit, ut paucis diebus septuaginta majorum sestertiorum luxu consumeret.

114. *Ut cum carceribus &c. Carcer* locus ille dicitur, seu repagulum, ex quo in Circum equi, cursusque admittuntur. Pulcherrima est hæc comparatio, quæ ambitionem hominum denotat. In cursu Quadrigarum premium dabatur primis: in vita civili ditissimi quique, vulgo etiam felicissimi considerantur.

120. *Crispini scrinia lippi*. Lucius Plocius Crispinus Philosophus, Stoicus, & Poeta, multorum Librorum homo, sed exigui judicii. *Scrinium* proprie dictum est capsula, in qua abduntur chartæ. Hinc in domo Cæsarum *Magister scriniorum*.

SATIRA II.

V. 3. *Tigellius* natione Sardus, præstans Musicus, scurra lepidus, vir aulicus, dissolutis moribus insignis, cerebrosus, & inconstans homo, inclaruit in aula Cæsaris, Cleopatræ, & Augusti. Quas divitias collegit, stultis profudit largitionibus; favit enim præcipue Nebulonibus, & vappis. Differt, ait cum Sanadone Dacierius, a *Tigellio Hermogene*, de quo sermo in Satira subsequenti. Errat ergo Argellatus, cæterique simul, qui *Tigelluni* hunc *Sardum* cum Hermogene, hocloco, & alibi confundunt.

12. *Fufidius vappæ famam timet*. Alii legunt *Fufitius*, alii *Suffetius*, alii *Fuffetius*, alii *Suffitius*, *Tusidius*, *Eufidius* ec. Quidquid sit legendum, fœnerator iste enormissimus, licet ingentem quæstum ponendis in fœnore nummis faceret, quinasque

mercedes, five fructus, *capiti*, ideft fummæ integræ, pro quolibet menfe exfecaret, tamen parce vivebat, ac duriter, timens ne vappa, ac nebulo haberetur.

25. *Malthinus tunicis demiffis ambulat* &c. Veftis fuccincta expediti animi index erat, talaris mollitiei. Hoc vitium tribui folebat Mæcenati, qui tunicis folutis, ut ait Seneca Epift. 119, femper incedebat, & otio, & mollitie, tefte Vellejo, pene ultra fœminam fluebat. Non eft tamen credendum nomine *Melchini*, five *Malthini*, Mæcenatem fignificari ab Horatio, ut ludum eum faceret.

48. *Salluftius in quas &c.* Quod huc notat Horatius de Salluftii libidine, licet optime conveniat *Caio Crifpo Salluftio* Hiftorico (Vide Tirabofc. *Stor. Lett. d'Ital.* Tom. I. pag. 215.), tamen ejufdem ex forore nepos, nomine *Crifpus* carpitur hoc loco.

55. *Marfæus amator Originis*. Florente Horatio tres Romæ claruerunt Meretrices, *Origo*, *Cytheris*, *Arbufcula*. Marfæus, de quo unicum fupereft nomen, Originem perdite amabat.

95. *Ni Catia eft*. Obiter *Catiam* verberat Poëta; veftibus enim utebatur brevibus admodum, matronæque gravitati contrariis. Quod Valerio Siculo Tribuno Plebis in Templo Veneris Theatinæ conftuprandam fe dederit, capite mulctata eft.

121. *Gallis hanc*, *Philodemus ait &c.* *Galli* Sacerdotes Cybeles quadam infania fuperftitionis incenfi genitalium amputationi fponte fubmittebantur. Nomen ipfis ex *Gallo* Thraciæ flumine (vide Quirini Epiftolas Decade V. pag. 14.).

Eft ne *Philodemus* ille Poëta Epicureus, qui Ciceronis ætate vivebat, & cujus extant aliqua Epigrammata in Anthologia? Heinfius huic opinioni adhæret, Bentleyus refragatu- Ambobus opponitur Dacierius. Quid fentiendum dubium eft.

SATIRA III.

V. 82. *Non loquitur de Marco Antiftio Labeone*, inquit Dorighellus, *adeo celebri*, *qui fuit Senator*, *Prætor*, *Jurifconfultus*. Jam vero numquid Horatius Senatoribus, Prætoribus, Jurifconfultis indulgere promifit? Quot Equites nobiliffimos, patriciofque huc illuc vellicare contendit! *Marcus Antiftius Labeo* contra Julium Cæfarem confpiravit, poftque Philippicum prælium gladio occubuit voluntario. *Quintus Antiftius* filius multa proterve dixit in Auguftum, a quo tandem fuit e patria relegatus. Horatius ergo vir aulicus, Augufto, & Mæcenati adhærens, cur ftultitiæ notam Labeonibus impingere jocofe non potuit?

107. *Helena* Jovis ex Leda filia Menelao Lacedæmonum regi nupfit. Paris autem Priami filius, illius pulchritudine illectus, Helenam rapuit e Sparta, fecumque Troja revexit. Bellum atrociffimum obortum eft ex hoc; omnes enim Græciæ Principes hac injuria commoti primum omnes in Aulide conjurarunt de repetenda Helena, & evertenda Ilio; quod decem poft annos exitu refpondit confilium.

130. *Publius Alfenus Varus* Cremonenfis aut *Alphinius*, ut Torrentius mavult, poftquam tonforiam exercuit in Patria fua, Romam venit, ubi jurifprudentiæ animum applicuit, & in celebrem evafit Jurifconfultum. Fuit Servii Sulpitii difcipulus, rerumque antiquarum non incuriofus. Digeftorum libros quatuor compofuit, & totidem collectaneorum. Virgilius, & Catullus eo familiariter ufi funt. Anno V. C. DCCLV., poft obitum Horatii IX., confulatum obtinuit. Dorighellus, nefcio quo jure, ipfum vixiffe ante Horatii ætatem afferit.

SATIRA IV.

V. 1. *Eupolis* ex Archea, prifcæ Comœdiæ fcriptor, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus.

Digitized by Google

comœdias scripsit 17., ex quibus 9. victoriam meruerunt. *Cratinus* Atheniensis Poëta, virorum Principum famam satiricis fabulis laceravit. Ex 21. Comœdiis, quas edidit, pauci tantummodo versus reliqui sunt. *Aristophanes* ex Lindo Rhodi oppido, inventor extitit tetrametri, & octometri versus. Fabulas edidit 54., vel saltem 50., ex quibus 11. tantum supersunt sine lacunis.

14. De *Crispino* vide superius in Satira 1. Crispinus Poëta gladiatorum more Horatium Poëtam provocabat; Pugiles enim cum adversarium contemnerent, eum uno *digito* porrecto solebant provocare, quasi hominem uno digito dejecturi. Dorighellus secus interpretatur. In tabulis ligneis, vel eburneis cera obductis scribebant Romani verba stylo imprimentes.

43. *Ingenium cui sit, cui mens* &c. Natura Poëseos non in versificatione consistit, inquit Horatius, sed in imitatione; hinc perfecti Poëtæ definitionem affert præstantissimam: siquidem Poëtæ cuilibet tria inesse debent: *Ingenium felix*, quod res suppeditet; deinde *mens* prope *divinior*, quasi numine afflata, quæ eas res animet; tandem *os magna sonaturum*, idest Poëtica elocutio.

60. Si Lucilii versus, & meos, inquit Horatius, invertas, *non invenias membra Poëtæ*, ut mehercule invenies in invertendis verbis hujusce loci Poëtæ Ennii: *Postquam discordia &c.* Plura edidit *Ennius*: Tragœdias, Comœdias, & duodecim Libros Annalium Romanæ Reipublicæ, quorum extant solummodo aliqua fragmenta. Obiit anno V. C. 584. septuaginta annos natus.

94. *Quinam homo sit hic Petilius*, inquit Dorighellus, *& quæ ejus furta, ne divinare quidem possumus*. *Cognomen* Capitolinus *pluribus familiis Romanis erat commune*. Jam vero quædam de ipso adnotarunt Interpretes. Cum accusatus fuisset de peculatu, ait Juvencius, aut, ut alii malunt, quod coronam e statua Jovis auream detraxisset, capite damnatus est; tamen corruptis judicibus est absolutus. Auctore Dacierio extant etiamnum Numismata cum epigraphe *Petilii Capitolini*.

109. *Albi ut male vivat filius &c.* Juvenis hic *Albii filius* ne quidem nomine nobis patet. Cum hæc scripsit Horatius, jam objerat Albius Tibullus, ut supra vidimus, neque liberum quemquam ipsum reliquisse tradit Historia.

110. *Utque Barrus inops*. Perditis moribus adolescens fuit *Titus Vetturius Barrus*, qui avita bona Veneri, & Baccho inserviens eliminavit; ad extremum, quod Vestalem virginem nomine Emiliam constuprasset, capite mulctatus est. Dorighellus legit *ut qui faris inops*, remque Albio conjungit.

134. Augusti tempore quinque numerabantur *Porticus* publicæ, idest Pompei, Apollinis Palatini, Liviæ, Octaviæ, & Agrippæ. Poëta loquitur de Pompei porticibus; cæteræ enim, quas novimus, nondum constructæ erant.

140. Inter vitia propria recenset Poëta versus suos subsecivis horis scriptos; aliis vitiis mederi sperans, hoc sibi reservat, & postulat, ut toleretur. Quis veniam neget Horatio? imo gratiam ei non habeat maximam quod gratissimum hunc morbum foverit?

143. Judæi numero, & auctoritate magis magisque Romæ succrescentes Ethnicos ad Religionem Moysen amplectendam compellebant. *In hanc concedere turbam*. Inter poëtas nomen dare, cum tot aliis ad carmina perscribenda animum appellere, etiamsi reluctetur Minerva; aut tolerare saltem ac probare scribentes.

SATIRA V.

V. 3. *Forum Appi* oppidum Latii in regione Volscorum, 45. mill. pass. distabat ab urbe ad Paludem Pontinam: frequenter huc mercatores convenire solebant.

Digitized by Google

5. *Via Appia* anno 441. ducta fuit ab Appio Claudio Consule, & Censore Capuam usque. Julius Cæsar eam viam absolvit Brundusium usque. Erat strata quadratis lapidibus ex Campania eductis.

26. *Anxur* urbs Volscorum, sic dicta, quia in tutela Jovis erat: vox enim *Anxur*, vel *Axur* indicat Jovem *imberbem*; nunc *Terracina* nuncupatur. Extat Numisma, cujus inscriptio: *Axurus Jupiter*.

34. *Fundi* urbs erat municipalis Latii prope Fundanum Lacum 20. mill. pass. ab Anxure distans. Non satis compertum est utrum *Aufidius Luscus* Romani Prætoris vices gesserit Fundis (erat enim *Scriba*; idest ex Cancellariorum Collegio), an munus accepisset ab urbe Fundana, cujus esser civis.

36. *Aufidius* risum movit spectantibus. Semper enim induebat *prætextam*, & *laticlaviam* tunicam, perinde ac si tribunali sedens, suo fungeretur officio. Quempiam præterea sibi præire jubebat, qui batillum ferret, ubi cremarentur odorifera aromata.

38. *Murena præbente domum &c.* *Lucius Licinius Varro Murena* Terentiæ Liciniæ frater, quæ Mæcenati nupserat, viatoribus amicis tectum præbuit. Annos post decem & sex, quod in Augustum conspiraverit, morte damnatum ferunt.

40. *Plotius Tucca* Poematis Dramatici scriptor eximius. *Varius* inter epicos scriptores, si Virgilium adimis, facile princeps. (Hic plurimum operæ contulit, ut Horatius gratiam apud Mæcenatem iniret). Quibus amicitiæ vinculis *Virgilius* Horatio nostro junctus esset ex hoc piæ cæteris patet, quod Flaccus ipsum singulari semper honoris nota commemoret. *Sinuessa* urbs postrema novi Latii mari imminens inter Lirim, & Vulturnum 18. mill. pass. dissita Formiis.

46. *Parochi*, ita dicti a verbo græco, quod significat præbere, a latinis *Copiarii* nuncupabantur. Legatis, & Magistratibus iter facientibus præbebant omnia, quæ hospitibus necessaria sunt, ut salem, ligna, hospitium &c.

47. *Capua* urbs erat nobilissima Campaniæ. Diu fuit Romæ æmula: se dedit Annibali, quo enervato, a Romanis vastata omnino fuit. In quodam vico aliqua nunc restant rantæ urbis rudera. Procul a vetere duobus mill. pass. condita est *Nova Capua*, ubi erat olim *Casilinum*.

63. Sarmentus rogabat Messium ut saltarer *Pastorem Cyclopem*, idest ut Polyphemum in chorea ducenda imitaretur.

65. *Donasset jamne catenam &c.* Cum Messius quærit a Sarmenro num *laribus* catenam sacraverit, eum sugillat veluti servum fugitivum. Mancipia enim rite in libertatem vindicata, Saturno, non laribus vincula offerebant. *Scribæ* munus obibat Sarmentus; tamen adhuc sub imperium erat Dominæ, a qua pluries fugerat, nunquam vero libertate donatus erat. Una *Farris libra* diarium erat servorum.

97. *Barium*, a Bariono nuncupata fuit olim urbs in Apulia 20. mill. pass. Rubis distans. Dicta fuit *Japix* ab Japige Dedali filio. Etiam nunc florentissima extistit hæc civitas. *Gnatia* 40. mill. pass. distabat a Bario. Maxima in ea urbe aquarum dulcium, non vero salsarum penuria; unde *iratis Limphis extructa* dicitur. Ejus incolæ valde superstitiosi.

104. *Brundusium* urbs distabat 40. mill. pass. Gnatia, in antiqua Calabria, nempe in Hydruntina terra.

SATIRA VI.

V. 1. *Non quia Mæcenas Lydorum &c.* Lydi, Tyrrheno duce, ad Etruscos fines appulerunt, variasque urbes ibi condiderunt. Dacierius hanc opinionem, ut omnino falsam Horatio exprobat; Poetæ vero sententiam contra Gallum interpretem leviter propugnat Dorighellus.

6. *Me libertino patre natum.* Li-

bertinus vocatur filius liberti; *libertus* servus libertate donatus.

8. *Dum ingenuus &c.* Ingenuus proprie dictus est, qui patre libero natus est; is qui honestis, & probis moribus pollet, *ingenuus* pariter nominatur, ut in hoc loco.

9. *Ante potestatem Tulli &c.* Servius Tullus sextus Romæ Rex patrem habuit Tullium, & matrem Ocrisiam, quæ oppugnato ab Romanis Corniculo, & conjuge interempto, captiva facta fuit. *Tullus* ergo a servitute in qua natus Servii nomen deduxit; sed ortus sui ignominiam ita detersit, ut filiæ nupserit Tarquinii Prisci, eoque mortuo regnum ascenderit.

12. *Lævinum Valeri genus &c.* A Lucio Junio Bruto, & Tarquinio Collatino pulsus quidem fuit *Tarquinius Superbus* postremus Romæ Rex. Sed cum abrogata dignitas Collatino fuisset, suffectus est ei *Pub. Valerius Publicola*, qui, ne restitueretur Rex, in primis laboravit. Filius Publicolæ fuit *Valerius* iste *Lævinus*, nullius momenti homo, ab ipsaque plebe despectui habitus.

17. *Quid oportet &c.* Obscurum hunc esse locum fatentur Dacierius, & Torrentius; claudicantem siquidem suppeditant explicationem. Dorighellus legit: *quid oportet vos facere &c.*, majoremque, ni fallor, in sententiam nubem spargit. Juvencium, quem sumus sequuti, consulere par est; ipse enim germanum loci sensum exponit.

20. *Decio mandare novo &c.* Licet humili loco natus, *Decius Mus* anno V. C. circa 314. in Bello latino multa præclare gessit. Ejus filius *Publius Decius* se pro patria vovit anno V. C. 418. Virtutem patris, atque avi 40. annis post *Publius Decius Junior* imitatus est.

24. *Quo tibi, Tulli &c.* Vetus interpres ait *Tullium* hunc, sive *Tillium* (ut Dorighellus, nescio quo jure, legit) senatu motum fuisse a Cæsare, quod Pompejo faveret: occiso vero Dictatore, pristino muneri restitutum putat, & *Tribunum militum* factum. Ambitiosum hunc hominem leviter carpit Poeta. Hæc digressio a versu 24 incipit, & desinit in 45.

38. Præclara prosopopeja per dialogismum, ubi quidam e populo inducitur ad inquirendum in novum hominem, & hic ad respondendum objicienti. *Syrus*, *Dama*, *Dionysius*, tria nomina mancipiorum. *Dama* est vox contracta pro *Demetrio*.

41. *Hoc tibi Paulus &c.* Respondet Horatius, vel quilibet alter de populo. An iccirco quia tuus Collega ignobilior te uno gradu est, videris tibi Paulus aliquis, vel Messala? = *Paulus Emilius*, & *Valerius Messala* Cives fuére apud Romanos nobilissimi, & omnes honores adepti.

42. *At hic si plostra ducenta &c.* Novius aliquo modo Tribunatum meretur, inquit Poëta, nam senatoria pollet voce, eaque imponit populo (Locus sale acri insignis). De Novio vide superius Sat. III. *Funera* solebant deduci per Forum, ubi ingens curruum, & populi erat frequentia. *Tubas* cum tibiis, & cantu in nobilium funeribus adhiberi sancitum erat ex XII. tabularum lege.

74. *Octonis referentes Idibus æra.* Juvencius æque, ac Dacierius obscurum hunc locum sic exponunt. Parati erant pueri reddere magistro rationem, quam usura idibus pensitata redderet; licet enim vulgo usura solveretur Calendis, eam tamen acriores fœneratores bis in mense exigebant, primò Calendis, tum Idibus, quæ in medium incidunt mensem. Appellantur autem *Idus Octonæ*, quia inter Nonas, & Idus dies octo semper intercedebant. Dorighellus cum Gerardo Vossio explicant *Æra* stipendium magistro debitum.

107. Tullius, ut parceret sumptibus, in diversoriis sibi gestari jubebat a servis *Lasanum*, idest vas culinarium, & *œnophorum*, vas vinarium, nempe quidquid sibi, & familiæ inserviret. Quoniam vero La-

fanum significat etiam latrinam, videtur Horatius de industria has voces adhibuisse ad ostendendas Prætoris sordes, quem non puderet vilissima quæque, & cuilibet in medio posita a servis circumferri.

117. *Astat Echinus &c. Echinus* vas quoddam rotundum instar Echini ad manus abluendas, aut cyathos. *Patera* utebantur ut libarent Diis in mensa. *Guttus* vasculum, unde guttatim acetum, oleumque defunditur. *Supellex* istiusmodi ex argilla *Campana* fictili constabat.

120. *Obeundum Marsya &c. Marsyæ* statua erat in foro contra rostra. Horatius ait Marsyam non tam dolere, quod ab Apolline sibi pellis detracta sit (ut Poëtæ fabulantur) quamquod videre cogatur *minorem e fratribus Noviis* judicum subsellia occupare, vel, ut alii malunt, enormissimo fœnore delectari.

124. *Immundus Natta &c.* Aldus Manutius legit *immundus Nacca*, ideft fullo, sive homo nullius pretii. Cognomen vero *Nattæ* tribuebatur cuidam familiæ Patriciæ e gente Pinaria. = Ad vires firmandas, & valetudinem, sæpe ungebantur oleo Romani.

127. *Pransus non avide &c.* Quirites cœnabant vespere. Prandium apud ipsos erat frustum panis sicci, aut aliqua poma, quantum satis esset quominus jejuni tota die perdurarent.

SATIRA VII.

V. 1. *Proscripti Regis Rupili &c.* Publius Rupilius Rufus cognomine *Rex* ab Octavio Triumviro inter proscriptos relatus, necem fugitans, se recepit in Græciam, fecitque stipendia sub Bruto. Horarius eodem tempore contumeliam ab eo passus, ei per hanc satiram refert.

2. *Persius Ibrida.* Persius patre græco, & romana matre natus erat. *Hybridæ* vocantur metaphorice, qui ex diversæ nationis parentibus procreantur.

5. *Clazomene* urbs olim illustris in Myoneso ad radices montis Corici. Hodie est *Uvrla* Anatoliæ pagus prope Portum Smyrnæ.

8. *Sisennas, Barros ut equis præcurreret albis.* Famosissimi erant conviciatores *Cornelius Sisenna*, & *Titus Vetturius Barrus*. De isto vide sup Sat. IV. Primus adeo maledicus, & impudens fuit, ut ne Augusto quidem in frequenti senatu pepercerit. *Equi albi* vulgo purabantur omnium celerrimi. Metaphora ducta est a Circensibus Ludis.

18. *Bruto Prætore tenente ditem Asiam &c.* Armis obtinebat Asiam *Marcus Brutus*. Romæ Prætura functus erat, atque ad Macedoniam regendam ipsum Senatus destinaverat. Non Prætor Asiæ ergo fuit, ut nonnulli male credunt.

20. *Bithus* & *Bacchius* fortissimi Athletæ. Cum nemo de victoria cum illis decertare vellet, ad singulare ambo certamen venere, tantaque virium dimicarunt contentione, ut in arena animam exalarent.

31. *Cucullus* avis, quæ fertur ova sua alieno nido imponere. Eadem nonnisi adulto, & vergente in æstatem vere canit, unde factum est, ut feris vinitoribus cuculli nomine iterato a prætereuntibus desidia exprobretur.

35. *Lucius Junius Brutus* Roma expulit Tarquinium Superbum. *Marcus*, & *Decius Bruti*, occiso Julio Cæsare, tota urbe proclamarunt se occidisse Regem Romæ, & tyrannum Patriæ.

SATIRA VIII.

V. 2. *Faceretne Priapum &c. Priapus* obscenus Bacchi, & Veneris filius natus Lampsaci in Troade hortorum custos habebatur. Ejus simulacrum in quolibet horto vel depictum, vel ligno, aut marmore exculptum existebat.

8. *Huc prius angustis &c.* Octavius, cum *Montis Esquilini* aërem infectum vellet expurgare, partem illius collis dono dedit Mæcenati

Digitized by Google

qui ibi statim magnificam domum, & hortos statui jussit.

11. *Pantolabo scurræ &c.* Omne dilapidaverant patrimonium *Mallius Pantolabus*, & *Cassius Nomentanus*; idcirco iis in vili plebis sepulcro destinat tumulum. In Satira I. L. 2. Trebatius exprobat Horatio hunc versum veluti aceto nimis acri plenum. Hinc conjcere licet Pantolabum, Nomentanumque viros fuisse genere, aut dignitate claros.

12. *Mille pedes &c. Cippus* parva columna lapidea, quæ in agro ad perpetuam rei memoriam extollebatur cum inscriptione, sive formula donationis: *Hoc hæredes non sequitur*, & mensura: *mille pedes in fronte*, idest ex parte viæ, *trecentos in agrum*, scilicet in posteriori parte.

14. *Nunc licet &c.* Aër in *Monte Esquilino* tam salubris, & habitatio tam jucunda facta est, ut Augustus illuc transferri voluerit cum ægrotaret. Nemus etiam de more illic conseri jussit, & magnificas porticus extrui, & duci fossam amplam, in quam influerent aquæ callidæ cum natare vellet.

23. *Vidi ego &c.* Si Canidia in Medearum, Circium, aliarumque Sagarum insignium ordinem cooptata est, gratiam maximam Horatio habet, qui sæpe sæpius sale multo, acerbissimoque eam perfricuit (Vid. Odes V. XVII. & XVIII. Epod.).

37. *Mentior at si quid &c.* Animadverte ridiculum. Priapus ut sibi fidem conciliet, jusjurandum se dignum emittit. Extremis injuriis se obiicit. Ad tanta probra patranda eligit turpissimos tres homines; *Julius* fortasse Libertus Cæsarum, perditis moribus adolescens. *Pediatius* fuit eques Romanus, qui consumpto turpiter avito ære, victum quæritabat inhoneste corpus suum vendendo: hinc ei nomen fœminæ *Pediatia*. Libertus Quinti Lutatii Catuli fuit *Voranus* furax insignis.

SATIRA IX.

V. 1. *Per viam Sacram* ibatur in Forum Romanum, atque inde ad hortos Cæsaris, prope quos manebat Horatii amicus æger, quem invisere pergebat. *Sacra* dicebatur hæc *Via*, quod in Jovis Capitolini templum terminaret.

45. *Haberes magnum adjutorem &c.* Animadverte hujus garruli temeritatem. Plurima sibi tribuens homo, poscit ut ante Mæcenatis conspectum solummodo ducatur; ait se ejus gratiam statim initurum: suam fidem, & clientelam ipsi duci, ac patrono pollicetur. Horatius ejus stultitiæ per jocum velificatur.

48. *Non isto vivitur &c.* Mæcenatis probitatem, ejusque Contubernalium virtutem defendit, & laudat Poëta.

69. *Hodie tricesima Sabbata.* Intelligitur *Neomenia*, idest primus dies mensis, qui post dies triginta ferme recurrit. Vocat illum diem *Sabbatum*, quia festus dies Judæorum vulgo Sabbatum erat. Tricesimum hoc Sabbatum quidam volunt esse ipsum Pascha, quod illo anno incideret in medium Aprilem. A mense autem Septembri, unde annum Judæi ducebant, usque ad Aprilem medium, numerabantur ipsæ triginta hebdomadæ. Nemo autem nescit quam religiose Pascha celebretur a Judæis, nefasque tunc apud illos esse negotii quid agere vel privati, vel publici.

71. *At mi: sum paulo infirmior.* Ego vero, inquit Aristius, sum paulo superstitiosior, æque ac multi.

72. *Hunccine Solem &c.* Horatii Epiphonema.

76. *Ego vero oppono auriculam &c.* Qui aliquem testem vocabat, extremam illi auriculam digitulis vellicabat memoriæ causa. Horatius testem citatus, ut ab importuno illo evaderet, auriculam libenter porrigit.

78. Deus erat *Apollo* Poëtarum præses, & a periclitantibus invocari solebat ut malorum depulsor. Autumant nonnulli eburneæ Apollinis statuæ huc alludi in foro existentis,

SATIRA X.

V. 6. *Et Laberi mimos &c.* Poëmata quædam e comœdiarum genere sunt *Mimi*, facta ad ciendum populo risum. In iis multa turpicula, & procacia gravibus sententiis miscebantur. Eximius mimorum Scriptor fuit *Decimus Laberius* facetus ille quidem, sed parum in scribendo accuratus. Sub Julio Cæsare floruit, habuitque rivalem Publium Syrum.

23. *At sermo &c.* Nova objectio ab adversariis allata. Ut suavius est, inquiunt, vinum Chium si misceatur Falerno, sic suavior evadit oratio, in qua concinne voces utriusque Linguæ Grecæ, & Latinæ misceantur.

28. *Quum Pedius causas exsudet &c.* Perperam aliqui unum virum faciunt Pedium Poplicolam, inquit Dorighellus; jam vero interpretes cæteri, quos sumus secuti, stant contra ipsum. *Pedius Poplicola*, & *Messala Corvinus* eximii fuere Oratores de Romano idiomate optime meriti.

30. *Canusini more bilinguis*. Græca lingua, & latina promiscue utebantur *Canusini*, nempe Canusii cives; hinc illos bilingues vocat Horatius.

33. *Post mediam visus noctem &c.* Hoc somnio tacite Romanos monet, ut latina lingua scribendo, græcis numero, & laude se æquent; probrosum enim est homini ingenuo proprio idiomate male scribere, optime alieno = Somnia putabant ea veriora, quæ sub auroram obvenirent.

36. *Turgidus Alpinus &c.* Marci Furii Bibaculi prope alpes nati, ideoque *Alpini* stylum huc Horatius imitatur de industria. Bibaculus enim tragœdiam scripserat turgido stylo, cujus argumentum erat mors *Memnonis* ab Achille occisi. *Originem Rheni* pariter pixerat in poëmate nescio quo, sed fœdo penicillo, quippe qui dixerat *luteum Caput*, ut hostium sanguine significaret fœdatum.

42. *Pollio Regum facta canit &c.* Litteratus vir fuit illustris *Marcus Asinius Pollio*. Politices peritus extitit, bellator strenuus, Antonio primum, deinc Octavio amicitia, & consuetudine conjunctissimus, Orator, Poeta, atque Historicus celeberrimus. Tragœdias scripserat versibus jambicis senariis, in quibus apud veteres cujusque pedis mensura uno ictu significabatur; hinc *pedem ter percutere* idem est, ac tribus numeris versum definire.

45. *Virgilio adnuerunt gaudentes rure Camœnæ*. Loquitur de Bucolicis, & Georgicis, & missam facit Æneida, quæ (ut critici opinantur) jam prodierat, quia *Virgilius* altero scribendi genere maxime omnium delectatus est, & Hesiodum vicit; vel quia Horatii judicio Georgica erant præstabiliora, ut fere omnes viri docti sentiunt, inquit Dorighellus.

46. *Experto frustra Varrone Atacino*. Egregium condidit de bello Sequanorum poëma *Publius Varro*, dictus *Atacinus* ab *Atace* flumine in Gallia Narbonensi, ubi natus est anno V. C. 673. In Satira tamen scribenda vix mediocriter profecit. Argellatus, Dorighellus, aliique ipsum nominant *Terentium*, sicque Marcum Terentium Varronem Historicum, Philosophumque perillustrem Romæ natum anno circiter V. C. 611. cum Poeta Atacino malo confundunt.

48. *Inventore minor*. Lucilius inventor Satiræ pene fuit. Ennius, atque Pacuvius carmen, quod ex variis poëmatibus constabat, Satiram dixerunt, sed tamen improprie. *Satira enim*, inquit Diomedes, *est nomen maledicum, & ad carpenda hominum vitia compositum*.

54. *Non ridet versus Ennii &c.* Gravitate sententiarum, verborum pondere, & dignitate pollebant *Quinti Ennii* carmina; si quos tamen emiserit Ennius leviores versus, criticus inquirebat Lucilius.

72. *Sæpe stylum vertas &c.* Stylus erat acus ferrea, vel ænea, capite plano, extrema parte acuta;

hac scribebant in cera, illo scripta inducebant, ac delebant æquata cera, ac complanata. Hoc vocabatur *stylum vertere*, idest *invertere*.

75. Nundum auctoritas publica Pedagogis libros indixerat discipulis explanandos *vilibus in ludis*. Quid honoris ergo Horatio sperandum erat, si ad hoc ejus carmina selecta fuissent, cum id sæpe sæpius libris Fannii, Demetrii, Alpini, Cassii, cæterorumque pseudo-poëtarum contigisset?

SATIRA I. LIB. II.

V. 5. *Cajus Trebatius Testa* insignis fuit Jurisconsultus honestate, & doctrina clarissimus, Julii Cæsaris, & Augusti aulicus. Eum Cicero laudat vehementer in suis Epistolis. Horatii ætate fortasse annum agebat 80.

8. *Ter uncti transnanto &c.* Duo præcipit Consultor hic, quæ ipsemet, si Ciceroni credimus, in deliciis habebat, nempe natationem, & compotationem: ridiculum hinc oritur jucundissimum.

15. *Aut labentis equo &c.* Dacierius errat, qui putat hic agi de Pacoro occiso a Ventidio anno V.C. 717. Pacorus nunquam fuit Parthorum Rex; deinde Ventidius non fuit Octavii Dux, sed Antonii.

16. *Attamen & justum poterat &c.* Fortasse hortatu Scipionis Africani minoris *Lucilius* privatam vitam *Scipionis Africani majoris* versibus scripserat; de hoc opere, neque tantum fragmenta nobis restant.

34. *Vita senis &c.* Non quoad ætatem *senem* vocat Lucilium, obiit enim annum agens 46., ut Dacierio videtur, vel 55. ut melius autumat Dorighellus, sed quoad ævum: floruit enim Lucilius centum circiter annos ante Horatium.

Ibid. *Sequor hunc &c.* Lucilium vituperans, quod abs re proposita quā longissime aberrarit, ejus modo, & more hunc Locum profert. Satis false id fecit, quod nisi animadvertetur, pueriliter quidem, & ab re actum videatur.

Ibid. *Lucanus an Apulus anceps.* Venusium Horatii patria urbs erat in confinio Lucaniæ,& Apuliæ. Ducta ibi fuerat Romanorum colonia, & quasi propugnaculum, ut in Romanum agrum facile aditum non invenirent finitimi hostes.

65. *Num Lælius, & qui duxit &c.* *Cajus Lælius* Consularis vir, moribus ingenuis, nobilique genere clarissimus, præ cæteris Lucilii necessitudine usus est conjunctissima. *Pub. Scipio Affricanus* minor, dictus etiam Numantinus, rebus gestis, virtute, victoriis inter Romanos facile princeps Lucilium Poëtam in deliciis habuit, eumque amplissimis fovit beneficiis.

67. *Aut læso doluere Metello &c.* Lucilius versibus laceravit famam *Quinti Cæcilii Metelli Numidici*, cujus patruus fuit Metellus Macedonicus, & *Publii Cornelii Lentuli Lupi*, qui fuit Consul anno V. C. 597.; quique damnatus de repetundis, nihilominus factus fuit Censor. Præterea carpsit Mutium Scævolam, Titum Albutium, Torquatum, Marcum Carbonem, Lucium Tabulum, Publium Rutilium Rufum, Pub. Gallonium, Cajum Cassium, Lucium Cottam, Clodium Asellum, Quintum Opimium, aliosque quamplurimos.

82. *Si mala condiderit &c.* Trebatius citat legem XII. Tabularum, de qua diximus ab initio: *Si quis occentassit malum carmen, sive condidisit, quod injuriam faxit, flagitiumve alteri, capital esto.* Jurisconsultus nullum validius rationis momentum afferre poterat. Horatius cum illud refellere non posset, eludere conatur jocando. Ludit in hac voce *malum*, ipsæque diversum tribuit sensum.

SATIRA II.

V. 2. *Non meus hic sermo &c.* Horatius mente Epicurum sequebatur, animo Aristippum. Primum honore, alterum amore prosequebatur. Idcirco ipsemet frugali-

tatem non propugnat, sed afferentem inducit salse hominem rusticum, qui licet omnibus Philosophiæ, nullis tamen rationis luminibus caret.

8. *Male verum examinat &c.* Ofellus hic præclara frugalitatis præcepta incipit edisserere.

9. *Leporem sectatus &c.* Tria proponit, quibus appetitus cibi repletione retusus acuatur; nempe *venari equos domare*, *pila*, vel *disco ludere*. Cum labor, inquit Horatius, acuerit appetitum, & cum fames, & sitis te torqueat, sperne, si potes, cibum, vel potum vilem.

23. *Posito pavone &c.* Primus inter Romanos Quintus Hortensius pavonis carnem mensæ apposuit. Marcus Aufidius Lurcus hinc multos vendidit pavones impinguatos, ingentemque pretium lucratus est. Contra eos huc disputat, qui de cibis judicabant non ex palato, sed ex oculis, atque opinione.

31. *Unde datum sentis &c. Lupus* piscis est marinus ille quidem, sed qui flumina subeat; ita dictus a voracitate, & ab oris ingenti rictu, & hiatu. Deterrimum putabant Lupum in pelago captum, meliorem in ostiis fluminum, optimum longius a mari, scilicet inter pontes Romæ, ubi aqua fluviali quasi eluebatur.

46. *Haud ita pridem &c.* Gustus arbitrarius ad certum tempus durat; naturalis vero semper. Rhombi, ait Horatius, non rariores erant quam *Acipenseres* ætate *Gallonii*, sed hujus hominis palatum Acipenseres præoptavit. Alter helluo *Rhomborum*, & *Ciconiarum* usum latius propagabit, & fortasse *mergi* manent alium stultiorem, qui eos acipenseribus, & ciconiis præferat.

50. *Vos auctor docuit Prætorius &c.* Quidam Asinius Sempronius, vel (ut alii malunt) Rutilius Rufus titillandæ hominum gulæ ciconias aptas esse judicavit. Populus ab ineunda Prætura ipsum prohibuit ciconiarum cladem ultus. Hinc jocose ipsum Horatius *auctorem* appellat *Prætorium*.

61. *Albatus celebret*. In Sacrificiis, spectaculis, & præsertim conviviis *albata vestis* adhibebatur *convivalis* dicta. Homo fuit *Albucius* anxie, & insane accuratus in accipiendis convivis, & hospitibus, qui, si quid a servulis in mensarum peccaretur apparatu, graviter in eos sæviebat. Utrum ille Albucius sit hic, de quo in Satira Lucilii, an ejus filius, an Albucius Canidiæ pater, quæstio viget apud Interpretes.

68. *Nevius* e contra cultus negligentiam ostendebat. Nonnulli *Novium* male legunt. Distinguendus est hic Nævius ab antiquissimo ex Campania Poëta Nævio, qui Comœdias scripsit, & primum Punicum bellum.

80. *Alter, ubi dicto citius &c.* Rofellus Beaumonius corruptum hoc loco ait textum, sicque emendat; *Alter ubi victu citius curata sopori membra dedit, vegetus &c.*: *dicto citius* enim comedere impossibile est; neque hoc translatum foret Horatio dignum.

SATIRA III.

V. 2. *Membranam poscas*. Quod servatum vellent, aut editum in vulgus antiqui, exarabant charta pergamena, quæ vocabatur *Membrana*, idest ex pelle detracta membris animantium; at si quid parum accurate scriptitarent, utebantur *palympsestris* de quibus supra diximus Sat. IV. Vers. 15.

8. *Iratis natus paries &c.* Tabulam habebant Poëtæ ad spondam lecti, vel *parietem* cera obductum, in quo versus, si qui tum fierent, exarabant. Si nihil extruderent Poetæ meditando, parietem hunc irati vapulabant.

11. *Quorsum pertinuit &c.* Saturnalia fugiens Horatius studiis vacaturus, rure secesserat, ubi Philosophorum, Poëtarumque præstantissimos adsportaverat libros, idest Platonis opera, Menandri, Eupolidis, atque Archilochi. = *Plato* Atheniensis

Digitized by Google

fuit Philosophus ob sapientiam, & eloquentiam divinus appellatus. *Menander* Poëta Comicus Græcus, cujus nonnullas fabulas Terentius in latinum vertit sermonem. De *Eupolin* vide supra Sat. II. Lib. I. *Archilocus* Lacedæmonius Poeta, Jamborum inventor fuit. Scriptor extitit satirico felle infensissimus.

16. *Dii te, Damasippe &c.* Ridiculum sane est Damasippum mercatorem ad extremam rerum desperationem redactum, repente Philosophum agere. Horatius eum eximie carpit, tonsorem ipsi augurans: Damasippus enim promissam, veluti sapientiæ indicem, ferebat barbam.

19. *Janum ad medium &c.* Jani templo adjuncta via, seu Porticus, *Janus* vocabatur. Ibi Fœneratores, Argentarii, lautioresque mercatores degebant. Hujusmodi Porticus pars prima vocabatur *Primus Janus*, media *medius Janus*, extrema *extremus Janus*.

33. *Si quid Stertinius veri crepat*. Philosophus stoicus fuit *Stertinius*. Scripsit, ut ferunt, 220. libros de doctrina Stoica. Quintilianus L. III. Cap. I. *Stertinium* quemdam Rhetorem nominat, fortasse Stoicum ipsum.

36. *Pons Fabricius* a Fabricio nempe extructus Insulam Tiberinam jungit ab ea parte, quæ meridiem, & montem Tarpejum respicit. Ex hoc ponte in Tiberim se præcipitem agere volebat decoctus Damasippus.

69. *Scribe decem a Nerio &c.* Probare conatur Stertinius Perillum stultum fuisse, propterea quod mutuos dedit nummos Damasippo. Non sum ita stultus ut putas, ait Perillus, nam ego Damasippum duxi domum Nerii, in cujus libris scribi ab eo jussi acceptilationem. En explicatio clarior. *Nerius* argentarius *Perilli*, (isto jubente) dat Damasippo pecuniam. *Damasippus* accepto ære in libro Nerii nomen suum scribit; Cicuta callidissimus e Collegio Scriba conventiones, & formulas exarat, debitoremque restitutioni obstringit.

72. *Quum rapies in jus*. Mendose legitur in quibusdam codicibus *cum rapies in jura*; Jus enim est locus ubi jus redditur; Jura sunt ipsæ leges. Dacierius, Rosellus, Sanado pugnant in explicatione hujus loci *malis ridentem alienis*. Malis, sive maxillis alienis ridere idem est (inquit Juvencius) ac intempestive, & nequiter ridere. Platonis, Homeri, Valerii Flacci profert exempla, quibus suam confirmet opinionem.

100. *Quid simile isti Græcus Aristippus?* Aristippus Philosophus Cyrenaicus, Epicuream inter, & Socraticam, novam instituit sectam. Summum bonum, & sapientiam in felicitate constitutam esse propugnabat. Felicitas autem, eo auctore, in voluptate consistit. Hinc nunquam pecuniam vel jucundo sensuum motui prætulit Aristippus; immo ipsum argentum projici in via jussit, ut levatis onere nimio servis, una citius eo, quo tenderet, perveniret. Cyrenem græci olim condiderant; erat igitur Aristippus Afer patria, Græcus origine.

142. *Pauper Opimius &c.* Inopinato quodam impetu in avaros sermonem convertit Poeta, eosque iterum verberat. *Pauperem* vocat *Opimium*, quia recondito ære tanquam indigens non utebatur. Episodio hoc lepidissimo sordidam cujusdam senis nequitiem quam belle pingit Horatius.

165. *Immolet æquis hic porcam Laribus*. Putabantur homines ab insania liberari Deorum Lafium beneficio, & eorum matris Deæ *Maniæ*; vox enim Mania apud Græcos insaniam sonat. Hæc Dea, quam alio nomine *Laram* dicebant, vel *Larundam*, communi cum Laribus cultu colebatur. Amentes animi valetudine restituti *porcam* laribus, & Maniæ immolabant.

166. *Quid enim differt Balathroni dones &c.* Balathro est homo nequam, decoctor, scurra &c. Quid intereit, ait Stertinius, utrum divitiis non utaris, quod est avari, an ea balathronibus, sive dissolutis homini-

bus elargiaris, quod est ambitiosi? Nonnulli legunt *Barathro ne dones*, sed mendose.

168. *Servius Oppidius Canusi &c.* Novam profert scenam elegantissimam, eamque contra ambitiosos æque dirigit, & avaros. *Servius Oppidius* (de quo nomen tantum nobis reliquit antiquitas) suorum filiorum Auli, & Tiberii indolem prænotans ferme contrariam, ipsis extremis verbis, & testamento vetat, ne ad honores obtinendos vota, divitiasque intendant. De *Canusio* dictum est supra Sat. V. & X. Lib. 1.

181. *Is intestabilis, aut sacer esto. Intestabilis* proprie est ille, qui condendi Testamenti jus non habet: *sacer*, quem nemo adhibere testem potest ob improbitatem, vel insaniam.

182. *In cicere, atque faba &c.* Candidati, idest qui magistratibus adspirabant, distribuebant populo in capita segetes, & nummos ad comparanda sibi suffragia in Magistratuum petitione.

187. *Ne quis humasse &c.* O rem lepidissimam! Philosophum Stoicum cum Rege Agamemnone altercantem inducit Poëta. Hic locus sane vividissimus est, & nervorum plenissimus. Tam solerter, & ingeniose rem pertractat Horatius, ut ne in minimam quidem potentium offensam incidat.

193. *Cur Ajax heros &c.* Non impetratis Achillis armis, quæ contra Ulissem petebat, Ajax repulsam adeo ægre tulit, ut in amentiam, & furorem fit versus; tunc oves multas neci dedit iratus, clamitans se Agamemnonem, Menelaum, & Ulissem occidere: mox ira commotus feviori, in se ipsum gladium convertit, & occubuit. Menelaus, annuente Agamemnonis nutu, Ajacem insepultum jacere jussit.

199. *Tu, quum pro vitula &c. Aulis* erat urbs, & portus Bœotiæ in finu Euboico. Illic, silentibus ventis, morare coacta Græcorum Classe, Agamemnon vel Oraculi, sive Calchantis hortatu, vel ambitione ductus, suam filiam Iphigeniam Dianæ immolandam obtulit.

211. *Ajax quum &c.* Ajax ab uxore, filio, & amicis, quos bene noverat, violentas abstinuit manus, sed tantum occidit gregem. Agamemnon filiam in Aulide mactandam præbuit; quis ergo stultior? inquit Stertinius.

229. *Cum Velabro omne macellum.* Locus imus ad radices Aventini erat *Velabrum* a vehendo dictum; obruebatur aquis, cum Tiberis aggeres superabat, & tunc vehiculis opus erat: ibi habitabant unguentarii, Ciniflones, & obsoniorum venditores.

239. Æsopus inclitus Tragœdiarum actor fuit. Vir admodum dives, & sumptuosus *Claudio Æsopo* filio 20000000. sestertiorum minorum reliquit. Hic luxu patrem vicit; ipse enim unionem aceto dilutam absorpsit, &, teste Plinio, singulis convivis singulas præbuit uniones ejusdem pretii exsorbendas.

254. *Faciasne quod olim mutatus Polemon &c.* Incontinens Atheniensis Juvenis fuit *Polemo*, quem olim Xenocratis scholæ casu accedentem cupido incessit Philosophi audiendi. Tunc egregius vir converso in juvenem sermone, de temperantia agere aggressus est tanta sententiarum vi, ut Polemo ad meliorem frugem reverti statuerit; jamque corollas lacerare, & Philosophiæ operam dare, adeoque proficere, ut Xenocrati successerit, & post Platonem tertius Academicæ scholæ princeps extiterit.

255. *Fasciolas, cubital, focalia &c.* Involucra crurium, & femorum Romani appellabant *fasciolas*, quæ etiam tibialia, & femoralia dicuntur. *Cubital* brachiorum erat, seu cubitorum ornamentum sericum, vel aureum. *Focalia* colli ornatus, & faucium monilia.

260. *Amator exclusus qui distat? &c.* Vide Terentii Eunuchum, ubi Phædrias cum a Thaide revocaretur, servum Parmenonem consulit, quid sibi faciendum sit: a scena enim Te-

rentiana parum omnino differt hic locus.

277. *Hellade percussa Marius &c.* Efflictim deperibat *Marius* iste nescio quis quamdam *Helladem* meretricem, quam demum gladio sustulit, quod ab ea se contemni sentiebat. Quare ejus desiderio correptus, ne criminis pœnam lueret infamem, ab eminenti loco se in caput devolvit.

285. *Mentem, nisi litigiosus &c.* Debebat venditor vitia omnia rei venditæ, præsertim Mancipiorum, emtoribus aperire; ni fecisset, mulctabatur, & in eum erat actio. Rosellus Bomonius locum explicat diversimode.

287. *Fecunda in gente Meneni &c.* Antiquissima, & nobilissima fuit apud Romanos Meneniorum familia. Ipsam præ cæteris Menenius illustravit Agrippa. Ultimum gentis hujus germen *Quintus Menenius* insania propemodum tristi laborabat.

296. *Stertinius sapientum octavus &c.* Septem vulgo numerabantur Græciæ sapientes. Damasippus Stoicus Stertinium istis adjungit octavum, quod Stoicam restaurasset Philosophiam. Hæc in ore Horatii est ironia.

299. *Ignoto discet pendentia tergo.* Fingebat Æsopus homini cuique impositam humeris pendere manticam, in cujus anteriore parte essent aliena vitia, in posteriore propria, quo fiebat, ut aliena nobis vitia semper ob oculos essent, nostra vero ignoraremus.

SATIRA IV.

V. 1. *Non est mibi tempus aventi &c.* Tempus deest Catio dicendi salutem amico. Videtur difficilem aliquem Philosophiæ nodum mente extricare.

3. Philosophus præstantissimus fuit *Pythagoras* ex insula Samo: in Italiam venit imperante Numa, inquit Juvencius; *Anyti reus* dicitur *Socrates*, quia crimine accusatus ab Anyto Atheniensi divite, veneno damnatus occubuit. Philosophorum longe sapientissimus fuit *Plato*, cujus egregia extant scripta, quæ Cicero in deliciis habuit.

4. Catius Horatii excitat curiositatem, ut artis culinariæ præcepta eidem vel nolenti exponat.

12. *Longa quibus facies &c.* Ordine procedit Philosophus iste Culinarius. Primò loquitur de prima mensa, idest de ovis, deinde de secunda, nempe de epulis: tertio quædam universe docet de mundicie.

19. *Musto mersare Falerno.* Mustum est vinum album, turbidum, dulce vix egressum lacu. Romani callebant arte servandi illud in eodem statu totum annum. Alii legunt *misto mersare falerno*, sed mendose.

24. *Aufidius forti miscebat &c.* *Marcus Aufidius Lurco* mollis homo, opiparis epulis delectabatur (de ipso vide Sat. II. hujus Libri). Ille quidem scite jejunus vinum falernum bibebat, cujus acrior vis misto melle temperabatur; nam id roborabat stomachum, & ad concoquendos facile cibos præparabat.

33. *Ostrea Circæis &c.* Urbs Volscorum fuit *Circæi*, ubi nunc *Cività vecchia*. Prope hanc urbem est Circejum Promontorium, nunc dictum *Monte Circello*. Promontorium pariter non procul a Cumis in Campania est *Misenus*, nomen habens a Miseno Æneæ tubicine illic sepulto. *Echinus* est animal quoddam amphibium, quod vocant Itali *Riccio*, aut *Porco spino*.

34. *Pectines* pisces duabus includuntur conchis striatis, & spissis, quæ superiori parte strictiores, inde in orbem dilatantur, unde magno hiatu aperiuntur, & *patuli* appellantur. *Tarentum* urbs est Italiæ in ea Calabriæ parte, quæ olim Messapia dicebatur.

39. *In cubitum jam se conviva reponet*; idest ad edendum insurget. Ad mensam accumbebant Romani in lectulis strati, corpore leviter in sinistrum cubitum inclinato, dextra captantes cibum.

45. *Piscibus, atque avibus &c.*

Vide hominis stultitiam: non modo loquitur de rebus, quas ignorat (ut quamplurimis mos est), sed etiam jactat nescio quid a se repertum, quod a veritate abhorret.

55. Est *Surentum* urbs Italiæ in sinu Puteolano. Ejus vina, ut odorem Falerni contraherent, in dolium fundebantur, in quo fuisset recens Falernum, & ubi tota fex ejus adhuc esset. Purgabatur vero hujusmodi mixtura immisso in cadum ovo columbino, quia vitellus in imum dolium trahit feces.

76. *Immane est vitium &c.* Ad tertiam transit Satiræ partem, quæ mundiciem spectat. Commendat ordinem, & artem in cœna.

77. *Vagos*, vel est epitheton commune piscium, vel significat pisces temere disjectos, & sine lege, & ordine in patina positos.

81. *Mappæ*, vel *Mattæ*, ut Dorighello legere lubet, proprie lintea erant, quibus tergebantur manus: *Mantilia* vero, quibus mensa insternebatur. *Scobs* significat ramentum, vel particulæ ligneæ, quæ serra, vel lima eraduntur: iis pavimenta e marmore, & variis lapidibus strata operiebantur ante cœnam, ut vinum, aut aquam a convivis, vel ministris humi jactam, combiberent.

84. In lectulis, quibus ad mensam accumbebant, erant toralia, & vestes. *Toralia* vocabantur illi panni viliores, quibus quotidie lectus sternebatur. *Vestes*, quæ *stragulæ* dicebantur, erant panni elegantiores, quibus in solemnibus conviviis iidem sternebantur lecti, quæque toralibus imponebantur, & circumdabantur. Jubet autem ipsa toralia, seu culcitras esse mundas.

88. Ironia maligna. Admirari se simulat Horatius novam Catii scientiam: nam concupiscit adire, & intueri auctorem, vultque ea præcepta penitus mente configere.

SATIRA V.

V. 18. Qui aliquem honoris causa comitabantur, diebantur illi *latus tegere*, vel claudere. Comites enim eam partem eundo tegebant, quæ injuriæ magis erat exposita. *Dama* nomen erat commune servis apud Romanos. Fortasse Mancipio cuidam alludit libertate, & amplissimis divitiis ab hero donato.

32. *Gaudent prænomine molles auriculæ.* Quidam ex servis, Liberti facti, gaudebant prænominibus *Quinti*, *Publii*, *Marci &c.*, quæ ingenuis tantum viris tribuebantur. Respondebant enim prænomina hæc amplissimis illis titulis, quos sibi assumunt homines ætatis nostræ nonulli repente divites facti, vel, invitis cæteris, inter nobiles cooptati. Romanis civibus erant vulgo tria nomina: *prænomen*, ut *Marcus*, quod singulos a singulis distinguebat: *nomen*, ut *Tullius*, quod familias alias ab aliis secernebat: *cognomen*, ut *Cicero*, quod certos quosdam ex eadem familia notabat.

39. *Seu rubra canicula findet &c.* Carpit obiter duorum suæ ætatis auctorum stylum ampullatum. Alter siquidem dixerat *infantes statuas*, ut indicaret statuas mutas, seu recens factas; alter vero, idest *Marcus Furius Bibaculus* corpore, & locutione pinguis (de quo vide Sat. X. lib. 1.) ut hiemem describeret, hac periphrasi usus est: *Jupiter hibernas cana nive conspuit alpes*, quam legimus in Macrobio

55. *Plerumque recoctus Scriba ex Quinqueviro.* Qui in Coloniis, & Municipiis minores gerebant Magistratus, *Quinqueviri* nominabantur. Ex eorum numero eligebantur *Scribæ*, utpote qui forenses omnes opellas optime callerent. Hinc *recoctus Scriba* idem significat, ac veterator, & callidus. Hujusmodi Scriba nescio quis, vafer homo, & subdolus, captatorem frustravit suum, ut vulpes æsopica delusit corvum. Rosellus Erasmi auctoritate non fabulam corvi, & vulpis spectari contendit, sed illud adagium *Vultur es, cadaver expecta*.

57. *Captatorque dabit risus &c.* Salse, & acute Nasicam irridet Poe-

ta. *Coranus* iste fortasse erat senior, vel valetudine infirmior. *Nasica* vero hæreditatem aliquam ex ejus Testamento expectabat.

62. *Tempore, quo juvenis Parthis horrendus &c.* Anno V. C. 734. Augusti copiis Parthi percussi sunt. Isti ut pacem impetrarent, vexilla, quæ Crasso eripuerant, Romam cum legatione remisere. Tunc Augustus ætatis annum agebat 43. Ipsum *Juvenem* vocat Horatius obsequendi gratia.

64. *Forti nubet procera &c.* Narrat Tiresias quo pacto Nasicam captatorem Coranus deciperet. Hoc Horatii tempore contigit. Tiresias quasi divinans illud ipsum prænunciare fingitur.

76. *Putas ne perduci poterit &c.* Ulisses erat dissimulator, & vafer. Tiresias certe ad iracundiam eum excitabat hæc præcipiens, sed magis ad zelotypiam; præcipue cum Ulisses sciret uxorem suam a multis procis circumveniri; idcirco patienter eum audit, ut demum sibi palam fieret, an quidquam ab uxore patratum, quod Tiresiæ causam præbuerit tam male de illa sentiendi.

110. *Sed me imperiosa trahit &c.* Poeta Dialogum obtruncat prudenter; neque enim fas erat Ulyssem Regem inclitum Tiresiæ verbis inservire, neque Tiresiam Vatem a proposito desistere. Hinc ex industria fingit Thebanum Vatem ad inferos revocari a Proserpina umbrarum Regina.

SATIRA VI.

Vers. 4. *Nihil amplius oro.* Quis ex viris aulicis tam ingenue, & moderate locutus? Plurima tamen hujusce moderationis exempla nobis suppeditat Horatius. *Nil supra Deos lacesso, nec potentem amicum largiora flagito, satis beatus unicis Sabinis* dixit Ode XVIII. lib. 2.

V. 15. *Custos mihi maximus adsis.* Jure Mercurius *maximus* sibi *custos* vocatur ab Horatio. Ipsum enim propitius hic Deus & infantem custodivit in montibus Apuliæ, & submersum a naufragio prope Palynuri promontorium liberavit (vid. Od. IV. lib. 3.), & ab arboris ictu otiantem defendit (Od. XIV. lib. 2.), denique pugnantem a Philippico sustulit prælio, atque in tutum collocavit (vid. Od. VII. lib. 2.).

18. *Nec mala me ambitio &c.* Quæ cerebrosos facit homines, & in amicitia inconstantes, quæque colere optimates, & amicis gratificari cogit nonnullos invita minerva, ipsa est *ambitio mala*.

19. *Plumbeus Auster, Autumnusque gravis &c.* Insalubris Austri ventus gravia corpora, tardosque homines Autumno efficit. Hinc in Ode XII. lib. 2. inquit: *Per autumnos nocentem corporibus metuemus Austrum.* Qui funera curabant a Libitina Dea *Libitinarii* dicebantur. Mortuorum nomina in Libitinæ libro referre ipsis munus erat, & pro singulo vita functo nummum exigebant.

20. *Matutine pater &c.* Nunc orditur Satiram. Cum Deos invocabant veteres Romani, id cavebant in primis, ut eos variis appellarent, ac pluribus, si quæ haberent, nominibus, incerti quodnam ipsis esset gratius. *Janus* autem vocabatur *matutinus* a Dea *Matuta*, quæ Aurora est; vocabatur etiam Janus ab eundo. Janus enim nihil aliud erat, quam sol, & tempus, at nihil est celerius, & mobilius tempore. Huc antem eum nominat, quia vitæ civilis, & urbanæ actiones omnes a prima luce ad vesperam describere incipit. Janus autem diei dominus, & quasi præses colebatur, a cujus invocatione diem auspicari solebant.

29. *Quid tibi vis, quas res agis? &c.* Illorum voces, in quos luctabat Horatius Mæcenati ire festinans.

32. *Hoc juvat, & melli est &c* Ironice dictum. Speciosa excusatio *non mentiar* ironiam accusat.

35. *Ante secundam Roscius orabat &c.* Nomine tantum cognoscimus *Roscium* hunc. Fortasse curialis erat homo, filius, vel nepos

Quinti Roscii comœdi celeberrimi, qui Ciceronis ætate floruit. = *Puteal* erat dimidiatus arcus Putei operculo instructus in Foro Romano, quem Scribonius Libo extrui jusserat ex senatus consulto eo loci, quo fulmen e cœlo lapsum est. Prope eum locum erant argentariorum mensæ, necnon Prætoris Tribunal, qui de caussis ad eos spectantibus cognoscebat.

36. *De re communi Scribæ &c.* Scribarum collegio adscriptum fuisse Horatium autumat Juvencius; hinc Scribæ orabant Flaccum meminisse *de re* cum ipso *communi*. Dorighellus e contra explicat, *de re communi Scribis, non Horatio cum Scribis*.

44. *Thrax est Gallina Syro par?* Gladiatores erant celeberrimi *Gallina*, & *Syrus*. Primus Thracum more, seu Retiariorum pugnabat, alter vero Mirmillonum, seu Gallorum. Primus nempe parmas, & recurvos gestabat gladios more Thracum, secundus gallicis armis erat instructus. (Vide Juven. Sat. 8.).

46. *Augustus desideravit nonnunquam Mæcenatis taciturnitatem*, inquit Suetonius; Horatius vero, ne quid sibi a Mæcenate traditum demonstret, de nugis tantum sibi eum allocutum aulica affirmat dissimulatione.

50. *Frigidus e Rostris manat &c.* Rostra erant exedræ quædam, & suggestus in Foro, unde populum alloqui Magistratus solebant, & Oratores. Quod ex hoc suggestu Antiatium navium penderent rostra, nomen *Rostra* habuit locus iste.

53. *Numquid de Dacis audisti?* Bellum contra Imperium meditare eo tempore dicebantur *Daci*, iidemque *Getæ* populi *Scitiæ*. Quod verum esset, nec ne, avebant scire Romani cives. Crassus subsequenti anno ipsos profligavit.

55. *Quid? militibus &c.* Post Philippense bellum, victis Bruto, & Cassio, dedit agros militibus emeritis Augustus in Italia partim, partim in Sicilia, quæ a Poeta *Triquetra* nominatur a figura ejusdem triangulari.

63. *O quando faba Pythagoræ &c.* Animarum Methempsycosis propugnator eximius, & pene inventor fuit *Pythagoras*: hinc *cognatio pythagorica*; omnia siquidem animantia in ejus familia cooptabantur. Ille *Fabam* animantibus corporibus putabat similem, verebaturque ne aliqui cognatorum suorum in fabas conversi fuerint.

66. *Ante Larem proprium vescor*. *Lares*, ut priore satira vidimus, ædium, & personarum tutelares erant Dii. *Lar* vero domesticus erat focus, circa quem autumnali tempore cœna agebatur ab Horatio.

68. *Conviva solutus legibus insanis*. Vinolenti, & helluones statuerant leges, quæ ex tabernis petitæ, in Optimatum quoque mensas receptæ sunt. Jubebantur amici edere dapes, & vina bibere helluonis convivarum regis arbitrio (vide supr. Sat. II. hujus Libri). Horatius insanam hanc legem e propria eliminaverat domo.

77. *Cervius hæc inter &c.* De Cervio hoc, qui Horatii amicitia, & contubernio utebatur frequentissimo, nomen tantum superest. Ipsum nonnulli putant patricium fuisse virum opibus, & doctrina clarum. Nos e contra ipsum Ofello simillimum credimus.

SATIRA VII.

V. 1. Davus tot injuriis toto anni curriculo tolleratis, fessus tandem libere se posse loqui veniam petit, metuensque irritare dominum, idcirco ait se velle eum paucis alloqui.

4. *Ut vitale putes*. Fere omnes in ea sunt hæresi, ut credant viros ingenio, vel probitate præstantissimos minus diu victuros esse quam cæteri. Hinc proverbium: ille non vivet, nimis enim vivido ingenio pollet, vel honestate nimis pura clarescit.

5. Celebrabantur illis diebus *Saturnalia* (de quibus vide Sat. III. Li-

bri hujus). His festis significabatur hominum æqualis conditio, quæ olim Saturni tempore vigebat. Domini jure suo in servos non utebantur; idcirco eidem mensæ assidebant Domini, ac Servi. Copia erat libere dicendi, faciendique impune quidquid vellent Mancipia, intra tamen scelus.

6. Servi apud veteres diligentius educabantur, quam multi nobiles filii familias nostra hac ætate. Hinc illi scientiis, & artibus pollebant. Hoc obiter dictum sit contra Julium Cæsarem Scaligerum, qui verba Davi tanquam servo non communia, & nimis exculta, acri carpit in Horatium reprehensione.

8. Sæpe notatus cum tribus annellis &c. Senator erat certe *Priscus* iste, vel saltem eques; tres enim annulos digito gestare vix equiti quovis amplissimo licitum erat. Ingenium Prisci simile erat Tigellio, de quo Sat. III. Lib. I.

10. Clavum ut mutaret in horas. Clavus vestis erat Senatoria, & quorundam magistratuum propria. Equester ordo a plebe per annulos distinguebatur; senatorius ab equestri per tunicam, seu *clavum*.

13. Jam Mœchus Romæ &c Davus erat Græcus: hinc Athenis doctrinam tribuit, Romæ mollitiem. Hoc etiam eruitur, quod ipse inferius Drachmam græcam nominet, non vero Talentum, atque Sestertium Romanum.

14. Vertumnis quotquot sunt &c. Deus erat *Vertumnus* mutandis, vertendisque rebus præpositus. Unus erat ille quidem, sed qui ob varias formas, quibus pingebatur, multiplex dici posset: *iniquus* autem dicitur fuisse Vertumnus Prisco, quia prava hic laboraret inconstantia.

17. Mitteret in phimum talos &c. *Phimus*, sive *Pyrgus*, ut alii malunt, vasculum erat in turriculæ figuram conformatum, ex quo *tali* in alveum conjcebantur. Erat latior ex ima parte, quam ex summa. Habebat intus aliquot gradus in schalarum speciem, ex quibus tesseræ, ac tali devolvebantur in mensam.

45. Quæ Crispini docuit me janitor, edo. Fortasse Horatii vitia nota erant; sed callide egit Poeta, qui, ut elevet servi accusationes, ostendit eas a suspecto, perditoque ore profectas. *Crispinus* enim, ejusque *janitor*, erant adversarii Poetæ.

48. Sub clara nuda lucerna &c. Noctu, & diu accendebantur Lucernæ in lustris, & lupanaribus. Si vero legas *lacerna*; clara lacerna erat compellucida vestis, qua Meretriculæ utebantur. *Lacerna* etiam dicebatur virile palliolum servis tantum, & plebi proprium. Ipsum inferius nominat Poeta vers. 55.

59. Auctoratus eas &c. *Auctoratio* proprie dicta, erat venditio gladiatorum: isti enim corpus, vitamque suam addicebant domino religioso ritu, & sacramento. Hinc etiam *Auctoratio* usurpata est ad significandas vel infames quasque additiones. V. g. cum quis deprehensus erat in adulterio pecuniam solvere debebat, vel alias pœnas ultro luere.

61 Est ne marito &c. Ante legem Juliam *de adulteriis*, nulla potestas erat marito occidendi conjugem in adulterio deprehensam, nisi forte eam cubantem invenerit cum liberto, servo, comedo &c.; sed semper poterat adulterum interimere. Augustus hanc legem correxit.

66. Ibit sub furcam prudens &c. Postquam Davus ostendit Horatium vilem esse, nuptas mancipium esse, ipsi servorum pœnas commemorat. Servi enim ob leve quoque delictum cogebantur a dominis, ignominiæ causa magis quam supplicii, circa vicinos furcam collo gestare subligatis ad eandem manibus; & publicare peccatum suum, simulque alios monere, ne quid simile admitterent. Tunc vocabantur *furciferi*.

76. Quem ter vindicta, quaterque &c. *Vindicta* vocabatur Prætoris virga, qua judex servi caput, atque aliud membrum percutiens, ter dicebat: *Hunc hominem liberum esse volo*, & mittebat e manu: dicta sic fuit a *Vindicio Bruto*.

79. Nam sive vicarius est, qui

servo paret &c. Servi servus erat *Vicarius servus*; ipse enim Servi Atriensis voluntati parere cogebatur. Primus tamen non minus servus erat, quam secundus: hinc Davi intelliges illationem.

83. *Mobile lignum*, vel *signum* id erat, quod est apud Italos *un Burattino*. Marcus Antonius Muretus omnium primus hunc locum explanavit egregie. Ipsum cæteri interpretes subsecuti sunt, Muretum ne quidem nominando.

96. *Quum Fulvi, Rutubæque &c.* Gladiatores erant ea tempestate clarissimi *Fulvius*, *Rutuba*, *Placideianus*; istorum imagines vernaliter pictæ in aditu suspendebantur illius loci, ubi certamina fieri debebant, ut plebis, servorumque allicerent curiositatem.

118. Octo Horatii servi faciebant opus in ejus villa Sabina. Hunc nonum ipsis adjungere minatur. Servi illi rustici deterioris erant, & durioris conditionis, quam urbani, & catenis constricti tenebantur in ergastulis, ubi arare, humum egerere, terram fodere &c. cogebantur.

SATIRA VIII.

V. 3. *De medio potare die &c.* Nasidienus dissolutus videri cupiebat; idcirco meridiana hora convivium instruxit, nempe tribus, aut quattuor horis antequam soleret.

6. Aper seu ex avaritia, seu ex negligentia corruptus erat: Nasidienus, ut se excusaret, dicit lenis austri gratia subactum fuisse, & molliorem factum.

9. *Siser*, *Alec*, *Fæcula Coa*. Herba pastinacæ non dissimilis est *Siser*, quæ hodie vulgo *Carvi*. Alec erat fex muriæ cujusdam. *Fecula coa* idest fex delicatior vini græci ex insula Coo, seu condimentum ex ea factum.

11. *Acernam gausape purpureo mensam pertersit &c.* Idest mensam ex acere arbore factam pertersit panno utrimque villoso, ex quo fiebant mensæ tapeta. Hoc purpureo panno stulte tergebatur mensa. Nasidienus ita munditiei curam ostentabat; sed præstitisset mensam minus communem adhiberi, aut saltem illam linteo operiri.

15. *Chium maris expers.* Teste Plinio, Græci aquam marinam cuilibet admiscebant vino, quod ab Insulis Ægæi maris in Italiam invehebatur. Sed Fundanius dicens illius amphoræ vinum expers aquæ marinæ prorsus esse, significat illud vinum non mare devectum, sed esse italum, quod Nasidienus tanquam Chium prædicaret: lusus enim in verbis est.

18. *Divitias miseras &c.* Vina Albana, & Falerna optima erant; sed Horatius appellat eas *miseras divitias*, idest Nasidieno indignas, qui ut vinum suum Cæcubum, & aliud ficto nomine propinaret facilius, Albanum, & Falernum Mæcenati vix exhibet. Dorighellum oppugnans Juvencius diversimodam præbet explicationem.

20. *Summus ego &c.* In Triclinio Nasidieni terni in tres lectos distributi erant Convivæ. In medio lecto erat 1. Servilius, 2. Mæcenas, 3. Vibidius. In lecto dextero ad latus Servilii pariter dexterum 1. Varius, 2. Viscus, 3. Fundanius. In sinistro vero ad latus pariter sinistrum Vibidii 1. Nomentanus, 2. Nasidienus, 3. Porcius.

22. *Quos Mæcenas adduxerat umbras.* Umbræ in convivio vocabantur illi, qui non suo nomine privatim erant invitati, sed amicum, aut virum nobilem comitabantur honoris causa, ut umbra corpus affectatur.

28. *Longe dissimilem noto &c.* Maligna est hæc dicendi forma. Cibi erant per se mali, idcirco multiplici jure, & condimento interciendi, ut saperent nescio quid diversum a natura rei ipsius. Fundanius salse in re tota narranda verbis utitur ambiguis: aitque se nunquam quidquam simile comedisse.

37. *Vel quod maledicunt liberius &c.* Duplicem adducit caussam,

Digitized by Google

cur Nasidienus sobrietatem desideraret in convivis. Causa vero præcipua erat, ne vinaria exiccarentur ab ipsis. Hic locus urbanissima ironia insignis est.

46. *De succis piscis Iberi &c.* Piscis hic Hispanus vulgo dicitur *sgombro*. Capi solet in fretu Carthaginis novæ. Parva insula dicta *sgombera* in aditu portus nomen hinc deduxit. *Garus* piscis est, cujus intestinis fingebatur Alec, quod magni habebatur apud veteres. Garum sæpe dicebatur idem Alec, licet ex Garo pisce non constaret.

83. *Ridetur fictis rerum &c.* Convivæ risum cohibere non poterant. Timebant autem ne quod Nasidieno ex risu suboleret, hinc fictas res aliqui prætendebant. Servilius erat scurra, qui omnia multiplici ridiculo adspergebat, ut ludum faceret convivii dominum.

FINIS.

Digitized by Google

DELL'

ARTE POETICA,

EPISTOLA

DI Q. ORAZIO

FLACCO

A' PISONI.

Digitized by Google

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLA AD PISONES,*

SIVE

DE ARTE POETICA

LIBER.

HUMANO capiti * cervicem pictor equinam
Jungere si velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè;
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum
Persimilem, cujus, velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species: ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ. Pictoribus, atque Poetis *
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusque, damusque vicissim.
Sed non ut placidis coeant immitia, * non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

V. 2. *Varias inducere plumas*. Richardus Bentlejus pluribus contendit legendum esse: *varias inducere formas*.

7. *Ægri somnia*. Corruptis morbo, perturbatisque humoribus, cerebroque male affecto, portentosa gignuntur insomnia.

Digitized by Google

DELL'

ARTE POETICA,

EPISTOLA

DI Q. ORAZIO

FLACCO

A' PISONI.

Se ad un Pittor venisse mai talento
D' innestar, per capriccio, a capo umano
Cavallina cervice: e varie penne
Adattar procurasse a membra insieme
Quinci, e quindi accozzate; onde una vaga
Donzelletta al di sopra, in sozzo pesce
Facesse terminar; ditemi: ammessi
A spettacolo tal sapreste, amici,
Le risa trattener? Simile appunto
Giudicate, o Pisoni, a tal pittura
Libro di vane, e stravaganti idee,
Come sogni d' infermo: in cui nè capo
Può trovarsi, nè piè, che ad una sola
Forma convenga. Egual poter (direte)
Di tentar checchessia sempre fu dato
Al Poeta, al Pittor. Lo so. Concedo
Questa licenza, ed a vicenda anch' io
La dimando per me: ma non in guisa
Che sia però col placido il feroce
D' unir permesso, ed accoppiar si possa
I serpenti agli augei, le tigri all' agne.

Digitized by Google

Inceptis gravibus * plerumque, & magna professis,
Purpureus, late qui splendeat, unus, & alter
Assuitur pannus, cum lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortasse cupressum
Scis simulare; quid hoc, si fractis enatat exspes
Navibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
Institui, currente rota cur urceus exit?
Denique sit quodvis simplex * duntaxat & unum.
Maxima pars vatum (pater, & juvenes patre digni)
Decipimur specie recti *: brevis esse laboro,
Obscurus fio: sectantem lævia * nervi
Deficiunt animique: professus grandia, turget:
Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ:
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte *.
Æmilium circa ludum * faber imus * & ungues
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos:
Infelix operis summa, quia ponere totum
Nesciet: hunc ego me, si quid componere curem,
Non magis esse velim, quam pravo vivere naso,

16. *Lucus & ara Dianæ*. Nemus Aricinum, ubi ara Dianæ sacra, quæ poetis materia frequens, tum ob amœnitatem loci, cum ob Dianæ Tauricæ Orestisque miram & fatalem historiam multiplicis argumenti fertilem.

18. *Flumen Rhenum*. Hoc celebrare affectabant in gratiam Augusti Cæsaris, cujus ibi victoriæ multæ & præclaræ. Sueton. Octav. cap. 21. Dio lib. 54. &c.

20. *Si fractis enatat exspes*. Mos erat naufragorum, pictum in tabella naufragium circumferre ad corrogandam stipem. Vide Perf. Sat. 1. v. 89. Juvenal. Sat. 14. v. 301. & seq.

Taluno ordisce opre sublimi, e spesso
Per vana pompa alla sua tela appunta
Di porpora un ritaglio: il bosco, e l' ara
Descrivendo or di Cintia: or la piovosa
Iride, e il Reno: or per campagne amene
Il serpeggiar di frettoloso rio:
Ma qui non era il sito lor. Saprai
Forse un cipresso anche imitar: che giova
Se franto il pin, se disperato, a nuoto,
Esce del mar chi ti pagò per farsi
Pinger da te? Fu incominciata un' urna,
Come, al girar della volubil ruota,
Vien poi fuori un orcivol? Che che si faccia,
Tutto in somma esser dee semplice, ed uno.
Suol per lo più l' immagine del Buono
(Padre, e di padre tal figli ben degni)
Noi Poeti ingannar. Breve esser voglio;
Divengo oscuro. A chi nettezza affetta,
Manca nervo, ed ardir. Gonfio si rende
Chi grande esser desia. Rade il terreno
Chi troppo cauto ogni procella evita:
Chi a variar mirabilmente un' opra
Attende sol, pinge delfini in bosco,
Cinghiali in mar. Che in altro error conduce
La fuga d' un error priva dell' arte.
Quel, d' Emilio colà presso la scuola,
Artista dozzinal l' unghie in metallo
T' esprimerà: fia d' imitar capace
Un molle crin: sempre infelice poi
Nella somma dell' opra: il tutto insieme
Perchè accordar non sa. Per me, se avessi
Qualche cosa a compor, tanto vorrei
Esser colui, quanto uno sconcio naso
Trovarmi in faccia: ed esser poi distinto

Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.
Sumite materiam * vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter * erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus * erit, & Venus (aut ego fallor)
Ut jam nunc dicat: jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat:
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author.
In verbis etiam tenuis, cautusque * serendis,
Dixeris egregiè, notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum. Si forte necesse est *
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget: dabiturque licentia * sumpta pudenter.
Et nova, fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Græco fonte cadant, parcè detorta. Quid autem
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioque? Ego, cur acquirere pauca,
Si possum, invideor? Cum lingua Catonis, & Enni

54. *Cæcilio*. De eo poëta lib. 2. Epist. 1. v. 50.

Plauto. Lib. mox cit. Epist. cit. v. 58. & 170.

55. *Virgilio*. Hic Latinorum poëtarum coryphæus intulit quædam insolita: lychni, spelæa, Thyas, trieterica Bacchi Orgia &c.

Vario. De eo lib. 1. Od. 6. & lib. 1. Sat. 5. & 8.

56. *Catonis*. Hic *tempestivum* primus dixisse fertur. Cic. 3. de fin. *si Zenoni licuit, cum rem aliquam invenisset inauditam, inusitatum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni?* De eo jam ante non semel.

Enni. Lib. 1. Sat. 10. & lib. 2. Epist. 1.

Per gli occhj neri, e per le nere chiome.
Materia, a cui ſien voſtre forze eguali,
Eleggete, o ſcrittori: ed a qual peſo
Sien atti, o no gli omeri voſtri, in mente
Lungo tempo volgete. A chi l' impreſa
Col poter miſurò, facondia mai,
O lucido al biſogno ordin non manca.
La grazia poi dell' ordine, e il valore,
A parer mio, conſiſte in ciò: che ſappia
Il deſtro autor ſul cominciar dell' opra
Di tutto ciò che dovrà dir, qual parte
Subito eſporre, e quale in altro tempo
Differir ſia vantaggio: in che ſi poſſa
Più compiacer: che traſcurar convenga.
L' uſo, e il diſpor delle parole eſige
Gentilezza, e cautela. Allor ſarai
Egregio parlator; quando le voci
Note ad ognun, mercè la cura induſtre
Che in collocarle avrai, nuove parranno.
Se poi fia d' uopo con recenti ſegni
Nuove coſe indicar, ben tai formarne
Ti occorrerà, che non udiro innanzi
I ſuccinti Cetegi: e fia permeſſa
La modeſta licenza: e, ſe prudente
Trar le ſaprai dalle ſorgenti Argive;
Ancor novelle, immaginate a pena
Credito acquiſteran. Che al fine a Vario,
Ed a Maron come ardiran l' iſteſſo
I Romani ritor, che fu da loro
Dato a Plauto, e a Cecilio? Ed io, ſe poſſo
Lieve acquiſto ſperar, perchè invidiarne
A me l' onor? Se la natia favella
Di voci ignote allora Ennio già tanto,
E Catone arricchì? Stampar parole

Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit? licuit, semperque licebit,*
Signatum præsente nota procudere nomen.
Ut silvæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.
Debemur morti nos, nostraque: sive receptus*
Terra Neptunus, classes Aquilonibus arcet,
(Regis opus) sterilisve diu palus*, aptaque remis,
Vicinas urbes alit, & grave sentit aratrum;
Seu cursum mutavit* iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius; mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax.
Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus;
Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.
Res gestæ* regumque, ducumque, & tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
Versibus impariter junctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.
Archilocum proprio rabies armavit iambo.
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni
Alternis aptum sermonibus, & populares
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus* divos, puerosque deorum,

65. *Sterilisque diu palus &c.* Pontina palus in Campaniâ. T. Liv. Epit. lib. 46. *Pomptinæ paludes a Corn. Cethego Consule, cui ea provincia obvenerat, siccatæ: agerque ex iis factus, &c.*

66. *Vicinas urbes.* Setiam, Privernum, Terracinam &c.

77. *Auctor:* Callinoum Ephesium alii dicunt, alii Naxium, alii Colophonium quemdam, seu Terpandrum. Vide Isidor. lib. 1. cap. 38.

Su l' impronta corrente è ſempre ſtato
Lecito, e lo ſarà. Come, cadute
Le prime ſoglie al declinar dell' anno,
Si rinnovan le ſelve; in ſimil guiſa
Invecchian pur le antiche voci, e in altre
Nate pur ora il florido s' inſonde
Vigor di gioventu. Dobbiamo a morte
Ciò ch' è noſtro, e noi ſteſſi. Accolto in ſeno
Della terra Nettun le navi armate
(Opra Real!) ſottragga a' venti: il grave
S' avvezzi a tollerar vomere ignoto
Quella, che fu gran tempo abile ai remi,
Steril palude, or le città vicine
Atta a nutrir: muti il ſuo corſo, apprenda
Quel funeſto alle meſſi, altero fiume
Miglior cammin: ſon opere mortali,
Perir dovran: non che la grazia, e il pregio
Delle parole eternamente viva.
Rinaſceran molte già ſpente, e molte
Or gradite cadran, ſe l' uſo il vuole,
Arbitro del parlar, giudice, e norma.
Quale a narrar l' orride guerre, e l' opre
De' gran Duci, e de' Re metro s' adatti,
Omero dimoſtrò. Prima il dolore
Ne' verſi impari alternamente uniti
Poi s' eſpreſſe il piacer. Ma chi del corto
Verſo elegiaco è il primo autor, fra loro
Contendono i Grammatici: e indeciſa
La lite è ancor. Fu dalla rabbia armato
Archiloco del jambo: e queſto i ſocchi,
E i coturni uſurpar: perchè all' alterno
Diſcorſo acconcio, il popolar tumulto
Vince ſonoro, e per l' azione è nato.
Euterpe il rammentar gli Dei, gli Eroi,

Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et juvenum curas, & libera vina referre.
Descriptas servare vices, operumque colores,
Cur ego si nequeo ignoroque, poëta salutor?
Cur nescire, pudens pravè, quam discere malo?
Versibus exponi tragicis res comica non vult:
Indignatur item privatis ac prope socco,
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.
Singula quæque locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore:
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri. *
Telephus & Peleus, cum pauper & exul uterque,
Projicit ampullas & sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non satis est pulcra esse poëmata: dulcia sunto,
Et quocunque volent animum auditoris agunto.
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.
Telephe, vel Peleu, male si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. Tristia mœstum
Vultum verba decent, iratum plena minarum:
Ludentem, lasciva: severum seria dictu.

91. *Cœna Thyestæ*. Synecd. pro qualibet materiâ tragœdiæ aptâ. De Thyeste lib. 1. Od. 6. & 16. item Epod. 5. Vide Senec. Trag.

94. *Iratusque Chremes*. Vide Terent. Heautontimor. Act. 5. Sc. 5. item Adelph. Act. 5. nec non Donat. ibid. supra lib. 1. Sat. 4.

At pater ardens sævit.

96. *Telephus*. Hic Mysorum rex ad inopiam redactus & mendicitatem, tragœdiæ materiam præbuit. Suidas.

Peleus. Tragicum aliud argumentum Achillis pater ille, a civibus vel ab Æaco pulsus & exagitatus.

L' Atleta vincitor, l' insigne al corso
Eleo destriero, i giovanili affetti,
Il licor di Lieo diede alla lira.
L' esposte norme ove osservar non sappia,
Nè dare all' opre i lor colori; il nome
Perchè avrò di Poeta? E per qual rea
Stolta vergogna io d' ignorar più tosto
Che d' imparar ciò che fa d' uopo eleggo?
Non con tragico stile espor si vuole
Un commico Soggetto; e la privata
Mal sopportan del socco umil favella
Le cene Tiestee. Qual si conviene
Abbia tutto il suo luogo. Alza la voce
Pur la Commedia alcuna volta, e d' ira
Gonfio Cremete in alto stil garrisce.
Qual sovente all' opposto in stil dimesso
Il Tragico si duol. Mendico, errante
E Telefo, e Pelèo tutte rigetta
Le ampollose figure, e le sonanti
Magnifiche parole: al cor se brama
Che giungan di chi l' ode i suoi lamenti.
Che lo splendido stil pregio bastante
D' un Poema non è, senza quel dolce
Incanto seduttor, che il core altrui
In mille affetti a suo piacer trasporta.
L' uman sembiante imitator s' adatta
Al pianto, al riso altrui. Se vuoi ch' io pianga,
Piangi tu primo, e dal tuo duol trafitto
Eccomi allor. Ma le commesse parti
Se male esprimi, o Telefo, o Pelèo,
M' inviti al sonno, e mi commovi al riso.
Or così meste voci al volto afflitto,
Minacciose all' irato, austere al grave,
Scherzevoli al festivo unir conviene.

Digitized by Google

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mærore gravi deducit, & angit;
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
 Intererit multum, Divus ne loquatur, an heros,
Maturus ne senex, an adhuc florente juventa
Fervidus, an matrona potens, an sedula nutrix,
Mercator ne vagus, cultor ne virentis agelli,
Colchus, an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.
 Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge,
Scriptor: honoratum si forte reponis Achillem;
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, invictaque: flebilis Ino:
Perfidus Ixion: Io vaga: tristis Orestes.
Si quid inexpertum scenæ committis, & audes
Personam formare novam; servetur ad imum
Qualis ab incepto processerit, & sibi constet.
Difficile est proprie communia dicere*: tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quam si proferres ignota indictaque primus.

114. *Divus ne loquatur, an heros*. Alii legunt: *Davus ne loquatur an Eros*. *Davus* servus astutus & versipellis, cui opponunt *Eros* servus frugi apud Menandrum. Legunt alii: *Dives ne loquatur an Irus*, idest, pauper. Unde proverbium apud Erasmum: *Iro pauperior*.

123. *Flebilis Ino*. Hæc Cadmi filia Athamantem maritum furore percitum fugiens, in mare se cum filio Melicerta præcipitem dedit. Homer. Odyss. 5.

124. *Ixion*. Is socerum fraude circumventum peremit. Virgil. Æn. 6.

Io. Hæc Inachi filia, a Jove adamata, atque in vaccam, ut Junoni lateret, conversa: sed cum Juno rem intellexisset, eam œstro vexatam in Ægyptum usque egit ac depulit. Æschyl. Prometh. Ovid. Metam. 1.

Orestes. Is ob interfectam matrem conscientiæ stimulis vexatus nusquam quiescebat. Vide Euripidem. Orat. lib. 2. Sat. 3. v. 133.

Che a ſentir la natura atti ci rende
Pria nell' interno ogni diverſo affetto,
Degli eventi a tenor: col duol ne affanna;
N' agita con lo ſdegno; e poi dell' alma
Per l' interprete lingua i moti accuſa.
E ſe allo ſtato di chi parla i detti
Non ſon concordi; andran le riſa in Roma
E nobili, e plebee ſino alle ſtelle.
Perciò non poco importerà ſe un Nume
E' chi parla, o un Eroe: s' uom già maturo,
Se nel fior dell' età giovane ardente,
Se nobil donna, ſe nutrice attenta,
Mercatante, o villan; Pontico, o Aſſiro;
Se in Tebe fu, ſe fu nutrito in Argo.
O la comune opinion ſeconda,
O coſe in ogni parte a ſè concordi
Fingi, o ſcrittor. Se de' tuoi carmi a ſorte
Vuoi far ſoggetto il celebrato Achille;
Pronto, iracondo, ineſorabil, fero
Leggi non ſoffra, e ſua ragion ſian l' armi.
D' umanità ſenſo non abbia, e ſia
Infleſſibil Medea: ſempre di fede
Mancatore Iſſione: Io vagabonda:
Ino piangente, e tormentato Oreſte.
Se coſa poi non più tentata innanzi
Avventuri alle ſcene: e un nuovo ardiſci
Carattere inventar; ſino all' eſtremo
Conſervar ſi dovrà, ſempre a ſe ſteſſo,
Qual da principio ei ſi moſtrò, conforme.
Il trar primiero degli umani eventi
Dal teſoro comun materia, e darle
Propria forma, ed acconcia è dura impreſa:
Se diſtingui perciò l' Iliade in Atti,
Corri riſchio minor, che ignote coſe,

Publica materies privati juris erit, si
Nec circa vilem patulumque moraberis orbem:
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres: nec desilies imitator in arctum,
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim: *
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes: nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte!
Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & urbes.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphatem, Scyllamque, & cum Cyclope Charybdim.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.
Semper ad eventum festinat *, & in medias res, *
Non secus ac notas, auditorem rapit: & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.
Atque ita mentitur *, sic veris falsa remiscet;

145. *Antiphaten*. Lestrigonum regem antropofagum. Odiss. lib. 10.

Scyllam. Scopulum terribilem, in freto Mamertino: ut fabulantur Phorci filiam, cujus latera canibus latrantibus succincta. Odyss. 12. Cic. contra Verrem. *Hoc infestior nautis Verres quam Scylla, quod multo se pluribus & majoribus canibus succinxerat.* Et de Harusp. resp. *quam Scyllam tam eminentibus canibus tamque jejunis poëtæ fingendo exprimere potuerunt?* Vide Virgil. Ecl. 6. v. 74.

Charybdim. Voraginem Scyllæ adversam in freto Siculo 12. Odyss. cit. Virg. Æneid. 3.

Nè dette pria sè vuoi produrre. E quella
Materia istessa, che per altri è resa
Pubblica già, di tua ragion privata
Diventerà: pur che vilmente al noto
Giro del primo autor tu non rimanghi:
Pur che nol renda, interprete fedele,
Di parola in parola, o in qualche angustia
Non t' inoltri imitando, onde non possi
Uscir senza vergogna; o senza alcuno
De' precetti tradir del tuo Poema.
Non cominciar così, come già fece
Quel narattor di lunghe storie in versi:
Tutti di Priamo i fortunosi eventi,
La nobil guerra io canterò... *Qual mai*
A sì larghe promesse opera eguale
Darà costui? Partoriranno i monti;
Vil topo nascerà. Quanto più saggio
Quei cominciò che nulla ordisce a caso!
L' Eroe, che, dopo il giorno a Troja estremo,
Molte vide città, genti, e costumi,
Suggeriscimi, o Musa. *Ei dalla luce*
Fumo non già, ma quella ben da questo
Di far nascer disegna, ove poi voglia
I bei portenti suoi, Cariddi, Scilla,
Antifate produrre, e Polifemo.
Di Diomede egli a narrar non prende
Fin dal caso fatal di Meleagro
Importuno il ritorno: ei non comincia
Dal doppio ovo Ledèo d' Ilio la guerra.
Sempre s' affretta al fin: come se noto
Fosse ciò che precede, in mezzo all' opre
Trasporta il suo lettor: ciò che non spera
Maneggiando illustrar, destro abbandona.
E mentisce così; col falso il vero

Digitized by Google

Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
Tu, quid ego, & populus mecum deſideret, audi:
Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque
Seſſuri, donec cantor, *vos plaudite*, dicat,
Ætatis cujuſque notandi ſunt tibi mores,
Mobilibuſque decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui voces jam ſcit puer, & pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis juvenis *, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibuſque, & aprici gramine campi*:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupiduſque, & amata relinquere pernix.
Converſis ſtudiis, ætas, animuſque virilis
Quærit opes, & amicitias, inſervit honori,
Commiſiſſe cavet, quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circumveniunt incommoda: vel quod
Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat,
Dilator, ſpe longus *, iners, aviduſque futuri:

Sa

155. *Vos plaudite*. Hoc dicebat hiſtrio peractam fabulam indicans. Tullius in Catone: *Sapienti non eſt uſque ad* plaudite *veniendum*, id eſt, uſque ad vitæ finem, ſcilicet ut honeſte vixiſſe intelligatur.

162. *Equis, canibuſque, & aprici &c.* Venationi, item exercitationibus juventuti Romanæ conſuetis in Martio campo natatu, curſu, palæſtrâ, luctâ &c. Vide lib. 1. Od. 8.

Sa in tal guisa intrecciar; che corrisponde
Sempre il mezzo al principio, al mezzo il fine.
Ma tu, se pure a' giusti applausi aspiri
Di chi la tenda aspetti, e mai non sappia
Sorger dal suo sedil, fin che non dice,
Fate plauso, *il cantor; ciò ch' io pretendo,*
E il popolo da te, memore ascolta.
Osservar d' ogni età dessi il costume,
E l' indole spiegar qual si conviene,
Varia in ciascuno al variar degli anni.
Fanciul, che ad imitar già i detti apprese,
E già stampa il terren d' orme sicure,
Lieto scherzar vuol co' suoi pari: a caso
E si sdegna, e si placa: e se diverso
Cento volte da se mostra in brev' ora.
Giovane, a cui non adombrò le gote
Adulto pel, pure una volta al fine
Dal suo custode in libertà lasciato,
Dei veltri, dei destrieri, e degli aprici
Fa sua cura e diletto erbosi campi:
Docile al mal, qual molle cera: acerbo
Co' riprensori suoi: di ciò che giova
Tardo conoscitor: prodigo: altiero:
Con eccesso bramoso, e con eccesso
Pronto a lasciar ciò, che gli fu più caro.
L' età viril (cambiando genio) e brama
Ricchezze, e cerca amici, e ambisce onori;
Pensa a non far ciò, che a disfar poi sudi.
Molti incomodi ha il vecchio: ognor s' affanna
Ad acquistar: ciò che acquistò non osa
Mai porre in uso: e a dispensarne astretto,
Con freddezza, e timor tutto dispensa.
Querulo, indugiator, tardo non meno
A disperar, che a concepir speranze.

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero: cenſor caſtigatorque minorum.
  Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt; ne forte ſeniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles;
Semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis.
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. Non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam, multaque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus:
Aut in avem Progne vertatur: Cadmus in anguem.
Quodcumque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
  Neve minor, neu ſit quinto productior actu *
Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.
Nec Deus interſit *, niſi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret *.
  Actoris partes chorus *, officiumque virile

185. *Nec pueros coram &c.* Ut inepte apud Senecam Tragicum: Qui non. immerito *a paucis probatur*. Scalig. lib. 3 cap. 97.

187. *Progne*. Hæc Ityn filium Tereo marito comedendum appoſuit, a quo tantum non enſe transfixa in hirundinem verſa eſt; Philomela ejus ſoror in avem ſui nominis, Itys in phaſianum, Tereus ipſe demum in upupam. Ovid. Metam. 6.

Cadmus in anguem. Agenoris ille filius a patre miſſus ad Europam ſororem quærendam, varias orbis regiones pervagatus, ſenio tandem ingruente, in ſerpentem mutatus eſt. Ovid. Metamorph. 3.

Difficil, neghittoso, avidamente
Di vita amico: esaltator de' tempi,
Che fanciullo passò: censor di quanti
D' età precede, e riprensor severo.
Molti al salir recan vantaggi, e molti
Ne tolgon gli anni al declinar. Le parti
Se dar di vecchio al giovane non vuoi,
D' uomo al fanciul: quel ch' è suo proprio, o quello,
Che a lei s' adatta, ad ogni età si doni.
D' un' Azione ogni parte o su la scena
Si rappresenta, o si racconta: e giunge
Ciò che va per l' orecchio ognor più tardi
Gli animi ad agitar di ciò, ch' esposto
E' allo sguardo fedel, sì che ne formi
Ciascun l' idea da se. Ma non le cose
Espor dovrai perciò, che della scena
Degne non sono: anzi involarne agli occhj
Molte convien, che renda poi presenti
Facondo narrator. Medèa non venga
Ad un popolo in faccia i proprj figli
A trucidar: lo scellerato Atrèo
Non ardisca apprestar viscere umane
Pubblicamente in cibo: e non si vegga
Mutar Progne in augel, Cadmo in serpente.
Tutto ciò, che a mostrar prendi in tal guisa,
Il mio soffrir, la mia credenza eccede.
Favola, che richiesta, e replicata
Esser pretenda, alla comun misura
De' cinque Atti s' adegui, e non si stenda
Nè più, nè men. Se non lo merta il nodo,
Non lo disciolga un Nume: e molto un quarto
Personaggio a parlar non s' affatichi.
D' Attor la parte, e d' un sol uom sostenga,
Quando bisogna, il Coro: e ciò che suole

Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat apte.
Ille bonis faveatque, & concilietur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet mensæ brevis, ille salubrem
Justitiam, legesque, & apertis otia portis,
Ille tegat commissa, deosque precetur, & oret
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc*, orichalco vincta, tubæque
Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco
Aspirare, & adesse choris erat utilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu;
Quo sane populus numerabilis, utpote parvus
Et frugi, castusque, verecundusque coibat.
Postquam cœpit agros extendere victor, & urbem
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius festis impune diebus;
Accessit numerisque, modisque licentia major.
Indoctus quid enim saperet, liberque laborum
Rusticus, urbano confusus, turpis honesto?
Sic priscæ motumque, & luxuriam addidit arti
Tibicen: traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces crevere severis,

202. *Tibia*. De hac fuse Scaliger Poët. lib. 1. cap. 20.
Orichalco vincta. Montanum illud æs magno quondam in pretio fuit; quod auri splendorem, & æris duritiam habeat. Isidor. Fest. Servius ad 12. Æneid. *orichalcum omnibus metallis pretiosius fuit*, inquit.
203. *Foramine pauco*. Quatuor fuisse primum foramina scribit Varro; alii tria duntaxat.
205. *Sedilia*. Caveam, in qua subsellia ad spectandos ludos. Vide cit. Scalig. lib. 1. cap. 21. ubi de theatro, & amphitheatro; deque eorum partibus, incrementis, & ornamentis.

Digitized by Google

Cantar fra un Atto e l' altro, al fin proposto
Ben s' adatti, e conduca. Egli de' buoni
Fautor si mostri: egli in amor s' unisca
Co' fidi amici: ei gl' impeti raffreni
Di chi trascorre all' ira: ei si compiaccia
Di chi teme fallir: di breve mensa
Lodi il parco apparato: ei la salubre
Giustizia, ei le sue norme, egli i sicuri,
Senza muro o custode, ozj di pace:
Celi i commessi arcani: aspre a' superbi,
Liete fortune agl' infelici implori.
Non cinta d' oricalco, ò della tromba,
Com' or, la Tibia emulatrice ardita,
Tenue, e semplice un dì, con pochi fori,
Le voci a favorir de' Cori il canto
A secondar fu acconcia: e di non troppo
Folti sedili in un recinto angusto
Bastante a risonar. Che là non molto
Popol s' unia: perchè non grande ancora,
Ancor modesto, e temperato, e casto.
Ma poichè vincitore, e i campi suoi,
E dilatò le cittadine mura,
E al piacer dedicò senza ritegni
Fra le tazze diurne i dì festivi;
S' accrebbe allor del pari a' carmi, al canto
Maggior licenza: e che sperar di saggio
Da gente si potea libera a pena
Del rustico sudor? Da un misto ignaro
D' agreste, e cittadin, d' onesto e vile?
E moto, e lusso il sonatore aggiunse
All' arte prisca, e per la scena errante
Trasse la veste allor: crebber di corde
Così le cetre austere: in simil guisa
Temeraria introdusse ignoto stile

Et tulit eloquium insolitum facundia præceps:
Utiliumque sagax rerum, & divina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
  Carmine qui tragico * vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper,
Incolumi gravitate, jocum tentavit: eo quod
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex.
Verum ita risores ita commendare dicaces
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo;
Ne quicunque Deus*, quicunque adhibebitur heros
Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas:
Aut, dum vitat humum, nubes, & inania captet.
Effutire leves indigna tragœdia versus,
Ut festis matrona moveri jussa diebus,
Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.
  Non ego inornata *, & dominantia nomina solum,
Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar tragico differre colore,
Ut nihil intersit, Davus ne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum;
An custos, famulúsque Dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis

220. *Certavit ob hircum*. Scilicet poetæ suum quisque Satyricum poema certatim edebant. Et qui victor censebatur mercedem accipiebat hircum, quem Baccho sacrificabat.

221. *Satyros nudavit*. Satyrica dramata edidit, in quibus erat Chorus e Satyris, Coryphæusque Silenus. Histriones nimirum perizomatis, villosâ tunicâ, hircinis pellibus, Satyrorum habitum & speciem referentes, inter actus, & post tragœdiam, sales & dicteria jactabant, sicque risum moventes populum delectabant.

Digitized by Google

L' altrui facondia: ed a far pompa intesa
D' alte dottrine, e di presaghi ardori,
Le confuse imitò Delfiche Sorti.
Fra quei, che già d' un capro vil l' acquisto
Nelle tragiche gare avean conteso,
Vi fu chi poi scherzevole, e mordace
(Non vil però) di Satiri selvaggi
La scena empiè. Che trattener convenne
Con qualche grato allettamento, e nuovo
Chi, compiuto il dover de' sacri riti,
Scotèa caldo di vin, qualunque freno.
Or que' pungenti Satiri, e loquaci
Render con tal misura altrui graditi,
E al giocoso passar dal serio stile
Dessi così; che quell' Eroe, quel Nume
(Qualunque ei sia) che fu tra l' oro, e l' ostro
Visto poc' anzi, a favellar non scenda
Come un vil bottegajo: o fra le nubi,
Per sostenersi, a vaneggiar non vada.
Lievi a caso gracchiar versi non merta
Melpomene severa: onde per poco
(Qual pudica Matrona un dì solenne
In sacra danza a celebrar costretta)
Mista si soffra a' Satiri protervi.
Non userei sol voci incolte, e tutto
Non col suo nome a dinotar (s' io fossi
Di satirici drammi autor) torrei.
Nè dal tragico stil tanto, o Pisoni,
Studierei di scostarmi, onde parlasse
La stessa lingua, e il buon Silen d' un Dio
Ajo e seguace; e Davo, e la sfacciata
Pitia qualor, nello scroccare accorta,
Dall' avaro Simon spreme un talento.
Di note voci i versi miei formati

Speret idem: ſudet multum, fruſtraque laboret,
Auſus idem. Tantum ſeries, juncturaque pollet!
Tantum de medio ſumtis accedit honoris!
  Sylvis deducti caveant (me judice) Fauni,
Ne, velut innati triviis, ac pene forenſes,
At nimium teneris juvenentur verſibus unquam;
Aut immunda crepent, ignominioſaque dicta.
Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
Nec, ſi quid fricti ciceris probat, & nucis emptor,
Æquis accipiunt animis, donantve corona.
  Syllaba longa brevi ſubjecta, vocatur iambus*.
Pes citus; unde etiam trimetris accreſcere juſſit
Nomen jambeis: cum ſenos redderet ictus,
Primus ad extremum ſimilis ſibi. Non ita pridem,
Tardior ut paulo, graviorque veniret ad aures,
Spondeos ſtabiles in jura paterna recepit
Commodus, & patiens: non ut de ſede ſecunda
Cederet, aut quarta ſocialiter. Hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata poëmata Judex:
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Idcirco ne vager*, ſcribamque licenter: an omnes

244. *Sylvis deducti*. Vel, agreſtes & in ſilvis educati: vel e proſcenio ſilveſtri & nemoroſo prodeuntes. Nam triplex erat ſcenæ forma triplici dramati reſpondens. Tragica columnis ſuffulta, ſuperbiſque faſtigiis & ſignis ornata. Comica ædium privatarum ſpeciem oſtendedat. Satyrica arbores, montes, ſpeluncas, agreſtia omnia exhibebat. Vitruv. lib. 7. c. 5.

249. *Fricti ciceris & nucis emptor*. Homines infimæ ſortis e plebe: qui dum ſpectaculis aderant, emebant frictum cicer, ad levandam famem. Frictæ quoque nuces ibi vendebantur. Feſtus *nuces uſtas* dicit.

Vorrei così, che conſeguir l' iſteſſo
Speri ciaſcun, ma ſe l' iſteſſo ardiſce
Sudi, e s' affanni in van. Tanto han di forza
L' ordine, l' union: tanto è di nuovo
Splendor capace ogni comune oggetto.
Scordar non denno, a parer mio, che tratti
Furo i Fauni dal boſco, e lor diſdice
In cittadino ſtil, come nel foro
Nati, e ne' trivj, o folleggiar con troppo
Teneri verſi: o ſempre aver fra' labbri
Ingiurioſi, oſceni detti. Offeſo
E' l' Equeſtre, e il Patrizio, ed ogni oneſto
Ordin nol ſoffre: e di corona indegno
Lo ſtima: ancor che d' abbronzati ceci,
D' aride noci il comprator l' approvi.
Una ſillaba lunga ad altra breve
Poſpoſta è il jambo. In guiſa tal veloce
Lubrico piè, che Trimetri chiamati
Furo i verſi jambèi, quantunque ei ſuoni,
Sempre ſimile a ſe ſei volte in eſſi.
Ma per empir più maeſtoſo, e lento
L' orecchio altrui, guari non ha che a parte
De' ſuoi dritti natii corteſe ammeſſe
Gli ſtabili ſpondèi: non tollerante
Però così che abbandonare ei voglia
La quarta ſede, o la ſeconda in pace.
Raro è un tal piè ne' decantati tanto
Trimetri d' Accio, e d' Ennio: e ſu la ſcena
Cacciato là di sì gran ſoma onuſto
Il pigro verſo, o negligenza, o fretta,
O nell' autor brutta ignoranza accuſa.
Conoſcitor de' mal temprati carmi
Non è ciaſcuno: ed a' Poeti noſtri
Dieſſi enorme licenza. E' ver: ma deggio

Visuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniæ cautus? Vitavi denique culpam,
Non laudem merui. Vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.
At nostri proavi Plautinos & numeros, &
Laudavere sales: nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati; si modo ego, & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus, & aure.
Ignotum tragicæ genus * invenisse Camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis,
Quæ canerent, agerentque *, peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschylus, & modicis instravit pulpita tignis:
Et docuit, magnumque loqui, nitique cothurno.
Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusque
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere Poëtæ:
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca

270. *Plautinos & numeros & sales*. Donatus in Plauto notat & carpit numeros inconditos & peregrinos, item sales frigidulos interdum atque etiam scurriles &c. S. Hieronymus Apolog. in Ruffin. *Plautinum salem* dicit, pro scurrili. Laudant tamen Cicero offic. 1. Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 1. Gell. lib. 3. cap. 3. Vide lib. 2. Ep. 1. v. 58. Item v. 170.

276. *Plaustris vexisse poëmata*. Circa vicos Thespis aliique plaustris vecti in obvium quemque scommata jactabant & salsa convitia. Plutarch in Solone. Hinc Proverb. *e plaustro loqui*.

277. *Peruncti fæcibus ora*. Ideo Thespis aliique vultu cerussâ, vel minio, vel fæce perunсto dicteriis obvios quosque incessebant, ut imitarentur Silenum rubicundum, Satyrosque dicaces Bacchi socios & ministros.

Perciò scrivere a caso! O, con avviso
Più saggio assai, suppor che i falli miei
Conosca ognuno, e assicurarmi senza
Bisogno di perdon? Nè tutto ancora
Conseguisco con ciò. Sol biasmo evito,
Lode così non merto. Ah se di questa
Nobil desìo v' accende, i fogli Argivi
Ah volgete, o Pisoni, e rivolgete
La notte, e il dì. Perchè gli Argivi? (alcuno
Forse dirà) se il numero, e gli arguti
Scherzi di Plauto han sì gran lode esatta
Dagli avi nostri? Io gli rispondo: è stata
Sofferenza eccessiva, ove non s' abbia
Sciocchezza a nominar: se pur di quanto
Distan fra loro un lepido, e un villano
Scherzo sappiam: se con l' orecchio il giusto
Suon rinveniamo: o su le dita almeno.
Che il Tragico Poema ignoto innanzi
Tespi inventasse è fama: il Dramma errante
Trasportando su i plaustri: il qual col canto,
E col gesto esprimean dipinti il viso.
Eschilo poi le maschere, e il decente
Abito aggiunse: ed insegnò su brevi
Legni il palco a comporre, e sul coturno
A sostenersi: e a sollevar lo stile.
Non senza applauso la Commedia antica
Quindi apparì: mà in vizioso eccesso
Degnerò sua libertà mordace,
Degna di freno. Uscì la legge: e, tolta
La facoltà di lacerare altrui,
Muto restò con sua vergogna il Coro.
Nulla intentato infin ad or da' nostri
Poeti si lasciò: nè scarsa lode
Ei meritar d' abbandonar le Greche

Digitized by Google

Ausi deserere, & celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
